

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Francofurti ad Moenum; Francofurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN755514025

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

LOG Id: LOG_0029

LOG Titel: Cap. LXI. - Cap. CXX.

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Bildfehler /2

Bitte melden Sie den Fehler an das Göttinger Digitalisierungszentrum,

Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

De Executionibus, Tractatus §.9. 661

probatio.num.131.per ea qua dixit Specul.in tit. de dilatatio. §. col. pensis. qui refert & sequitur Federic. de Sen. in consil. 114.in punto. Probatio autem talis absentiae dilationis danda iusta causa est, vt ipse dixit, & confirmat ex iis quae notantur in cap. i. extra ut litenon contestat. & est gloss. & sequuntur Doctores in l. emancipatus. Cod. de bon. possess. repud. & tradit etiam aliquatenus Bart. in l. si longius, in princip. ff. de iudic. & in leg. ait Praetor, in fin. ff. ex quibus caus. maior. & in l. fin. ff. de vacat. mun. & iterum tradit idem Bart. in l. sed si unius, in fine. ff. de iniur.

C A P: LXII:

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

- 1 Infirmitas seu agitudo iuramento probatur, & iuramento de ea standum est.

VIgesimus secundus est, † cum de probanda ex gritudine & infirmitate tractatur, vt inquit Marl. in eadem rub. C. de probatio. num. 132. Et ideo infertur, vt si appellatus dicat appellationem esse desertam, appellans vero replicet, vt propter infirmitatem eam prosequi non potuerit, eo casu eius iuramento standum est, vt dixit Specul. in titul. de appellat. §. nunc breuiter, versicul. quid ergo si appelletur, quem refert & sequitur Feder. de Sen. in consil. 114 super punto, &c.

C A P. LXIII.

A R G V M E N T V M.

De iuramento impedimenti, quartæ dilationis, timoris.

S Y M M A R I A.

- 1 Iuramento iurantis statutum de impedimento.
- 2 Dilationem ad quartam obtinendam sufficit in partis praedictum impedimentum iuramento probari.
- 3 Timor in partis praedictum iuramento probatur.

VIgesimus tertius casus est, † vbi de impedimento tractatur, iuramento impediti stetur, & ob id à contumacia excusat, vt dixit idem Federic. de Senis in eodem consilio 114. vbi dicit esse notabilem gloss. in c. vnicō, in gloss. fin. 4. question. 5. Quae dicit, quod impedimentum purgatur iuramento. & ad hoc adducit etiam text. in cap. quia propter. extra de electio. & tex. in cap. ultra teriam, extra de testib. vbi inquit ille text. † quod ad obtinendam quartam dilationem, quod quidem satis plus est, sufficit si impedimentum iuramento in praedictum partis probetur. Et ultra praedicta ad hoc adducit etiam text. in cap. statutum. §. cum vero eiusdem, versic. sed his duobus casibus, de script. in sexto. vbi etiam habetur, quod timor iuramento † probatur in praedictum partis. & ad hoc refert etiam text. in capit. presentium, extra de testibus. & in capit. pastoralis, extra de exceptio.

C A P. LXIV.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

- 1 Iuramento violenter spoliati statutum.

VIgesimus quartus casus est, † vbi quis violenter bonis suis spoliatus sit: nam tunc eius iuramento standum est, si testibus res suas probare non potest, quibus spoliatus est. Hoc enim casu facta à iudice taxatione rerum ablatarum ei, qui damnū passus est, iuramento defertur, & eius iuramento de suis rebus statutum, vt dixit tex. in l. si quando. Cod. vnde vi. & in c. fin. extra quod met. causa. & in c. in primis. 2. q. 1. quae quidem iura licet de rebus violenter ablatis loquantur, ad res etiam furto subtractas extenduntur, vt dixit Ioan. de Ana. in cons. 5. Quia dubia, ante fin. versi. circa quartam. & Bal. in l. i. col. 9. vers. modo contra hac oppono. C. de senten. quae pro eo, quod inter. & tradit Alex. in l. 2. ff. de damno infecto. & id voluit etiam expresse Abbas in cap. fin. col. penu. extra quod met. causa. referens Imo. & Hostien. qui id latius tenuerunt, vt ex deductis ab eius satis concludenter appareret.

C A P. LXV.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

- 1 Depositum solo iuramento probatur.

VIgesimus quintus casus est depositi, † propter ea quod depositum solo iuramento probatur, vt inquit Abbas in d. c. fin. extra quod met. cau. & Alex. in d. l. 2. ff. de damno infecto. & Hippol. Marci. in d. rub. C. de probat. num. 134. Et facit text. in l. i. §. si cistā ff. depositi. cum iis, quae ibi dicunt Doct. ponentes quæstiōnem de hospite reddente valisiam vel fardellam, vt eorum verbis utar, dissigillatum: quādō quidē in tunc iuramento illius, qui depositum, standum est de rebus in eis existentibus, id quod voluit etiam Bal. in rub. C. depositi. in prin. & in l. i. C. locati. & Specul. in tit. defurt. versic. sed quid si res. l. 2.

C A P. LXVI.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

- 1 Iuramento partis statutum de contentis in instrumento.

VIgesimus sextus casus est de subtrahente instrumentum, † propterea quod de contentis in eo, iuramento partis cui subtrahitum est creditur, vt late tradit Felyn. qui plures Doct. ad hoc & iura deducit, in d. c. sicut. col. 5. versi. quarta declaratio, extra de re iudic. & Flor. in d. l. in lege Aquil. si deletum, cōlum. 4. ff. adl. Aq. liam.

C A P. LXVII.

A R G V M E N T V M.

De iuramento contra eum, qui

KK scri-

scripturam laceravit, aut dolo probations. interuerit.

S V M M A R I A .

- 1 *Iuramento aduersarii statur contra eum. qui instrumentum seu scripturam aduersarii lacerat.*
- 2 *Iuramento partis statur, quæ perdidit probationem suam dolo aduersarii.*

Vigesimusseptimus casus est, quando quis instrumentum alicuius seu scripturam priuatā lacerat: in hoc enim casu illius † iuramento statur, qui tale instrumentum seu scripturam produxit de iis, quæ in eis continebantur, vt dixerunt Bald. & Saly. in l. i. C. de fide instrumen. & Abbas in c. accepimus, extra eod. tit. & Bal. in l. si de possessione, per illum tex. C. de probatio & Ioan. de Anania in c. fin. col. si. extra de crimi falsi. & Barbat. in cons. 3. viss. actio, col. 2. volum. 3. & Ludou. Roma. in singul. 379. dum contra aliquem. & Felyn. in c. cum causam. col. 13. in si. extra de testib. & faciunt optime ea quæ dixit Specul. in tit. de teste, in §. satiū utlitter. in si. & Bal. in l. qui accusare. C. de eden. vbi expresse dicunt iuramento † partis quæ probationem suam dolo aduersarii amisit, standum esse, id quod videtur etiam voluisse gl. in d. c. cum causam, extra de testibus, dum vult, testimoniū haberi pro producōto contra eum, qui præstat causam ne producatur, vt latius ibidem tradit Felyn. col. 14. versic. in gloss. in verbo, compellis, vbi etiam Abbas, car. fin. quem refert Fely. in d. c. sicut, col. 6. extra de re iudic. Scendum tamen que est, illum qui iniuriam contulit de danno ab eo illato damnum passo contradicere non posse, & ideo eum cum tale iuramentum defertur, citandū non esse, vt dixit Felyn. in c. cum olim, col. 7. extra de re iudic. vbi ad hoc refert Dominos Rot. & in decis. 2. in nouis. in tit. quod met. causa. Idem quoque voluit Ias. in l. si quando, col. 5. C. vnde vi. & tradit etiam iterum Hippol. Marſil. in l. de vnoquoque, fallen. 53. ff. de re iudica. Illud autem pro declaratione huius materiae omittendū non est, in illis casibus in quibus iuramento alicuius de danno aut interesse suo statur si accusatus de vera ipsius damni estimatione probauerit eius iuramento standum non esse, sed ipsi veritati iuramento iurantis omisso, vt dixit Ang. in l. qui vas, in princ. ff. de rei vendie. & in Auth. de exhib. reis in princ. & voluit Abbas in cap. continebatur, extra de deponit. impu. & in c. proposuisti, extra de probatio. & rursus Abbas in cons. 52. quidam magister. & Bald. in c. i. col. 1. in tit. si de inuestit. int. domi. & vasal. lis oriat, & Bal. & Sal. in l. ff. de reb. credit. & Alex. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de danno infecto. & de hoc latius tradit Felyn. in c. pastoralis. col. 12. in princ. extra de excepti. vbi refert quā plures alios idem tenentes, & de hoc etiam tradit Alexa. in consilio 46. in causa, volumine tertio & Angel. Aret. in tractat. malefic in versic. nec non ad denunciationem, versic. quero, an denunciati, car. 3. & ibidem clarus habetur in additione, & Abbas in d. consilio 51. videtur primo, col. 2. versiculo: quinto adduco. Facit præterea pro prædictis quod licet statutum velit, quod stetur dicto denunciatoris: contrarium tamen obiici potest, vt voluit Petrus Anch. in consilio 417. plura ex predicit, de quo etiam per ipsum August. Ari. in additio. ad Ange. Aret. in d. tract. malefic. in versicu. nec non ad denunciationem, car. 4. in l. additione magna. in si. & de hoc etiam gradidit Bald. in leg. 1. in fine. C. si aduers. libert. & late de

hoc tradit Hippol. Marſil. in d. rubric. de probatio. numero 138. cum sequent.

C A P. L X V I I I .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- 1 *Iuramento illius qui impedit statur de impenis factis in litigando.*

Vigesimusoctauus casus est † de expensis, quas quis fecit, vel passus est in litigando: quandoquidem iuramento partis probantur, vt est tex. in l. properandum. §. primo. & in l. sancimus. Cod. de iudic. id quod voluit etiam gl. in l. si quando. C. vnde vi. & in d. c. fin. extra quod met. cauf. & tradit gl. in c. dilecti. quam sequuntur Doct. extra de foro competen. & Alex. de Neuo in cons. 51. num. 5. & Specul. in tit. de appell. §. nunc breuiter versic. quid ergo. & Feder. de Senis in consil. 119. & Abbas in c. cum Bertoldus, col. 13.

C A P. L X I X .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- 1 *Interesse in pluribus casibus iuramento probatur.*

Vigesimusnonus casus est † in interesse: Nam illud in pluribus casibus, de quibus loquitur gloss. in l. 2. ff. de in litem iuran. iuramento probatur, id quod voluit etiam Barto. in l. in actionibus, eodem tit. & Bal. in l. si traditio, quæst. 2. C. de act. empti. & Bal. & alij in d. l. si quando. C. vnde vi. & in leg. 1. C. de senten. quæ pro eo, quod inter. & Bald. in l. 1. §. iniuria, col. 2. in tit. de pace iuramen. firman. & iterum Bar. in l. iniuriarum, la 2. ff. de iniur. & Alber. Gandi. in tract. malefi. sub rubr. de aliquib. q. vari. in malefi. col. 7. in si. vers. item pone, quod aliquis. & Bal. in l. si. C. de penit. iudic. qui male iudic. & in dict. qui accusare. C. de edendo. & Archid. in c. olim, extra de iniur. & damno dato. Videas tamen de hoc Bald. in l. fin. colum. penul. se si fin. versic. quinto quero. C. de edendo. & Ang. in l. Prator. ff. de edendo. & Alexa. in l. si. de iussor. §. 1. ff. qui satisda. cogan. & in l. semper. §. fin. ff. quod vi. aut clam.

C A P. L X X .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- 1 *Iuramentum efficit, vt color vestis furata exprimens non sit, & lana pondus, & sic iurando nescire liberetur.*

Trigesimus casus est † in exprimendo colore † vel pondere: nam licet color vestis in furio exprimentis sit, ac etiam lana pondus, si de lana tractetur: attamen si dominus iuret nescire colorem, vel pondus, eius iuramento statur, vt inquit Hippol. Marſil. in d. rubr. de probatio. numero 143. & de his est text. in l. in actione. §. de veste. ff. de furt. & in l. prima. §. sed si purpura. ff. depositi.

C A P.

C A P. LXXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Tabellionatus quod statutur iuramento notarii.

Trigesimus primus casus est † in probatione tabellionatus: nam quod quis sit tabellio, eius iuramento statut, addita literarum comparatione, qua ipsum plura instrumenta confecisse appetat, ut dixit Ang. in auth. de hered. & falc. §. hinc vobis, col. 2. Quod quidem dictum pro valde notabili refert & sequitur Barbat. in rub. de fide instrum. col. 1. car. 27. Illud tamen, ut ipsi dicunt, tunc locum habet, cum testes in instrumento descripti ei non contradicunt quod instrumentum infert: quandoquidem si contradicerent, tabellionatus non probaretur notarii iuramento, ut ibi voluerunt: & ultra predictam rursus inquit Hippol. Marsilius, eodem in loco, tenuisse Specul. in tit. de teste, in §. restat. colum. 2. vers. secundo si dubitatur.

C A P. LXXII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramento illius statut, qui iurat frumentum exportasse pro vsu suo, ad hoc vt à pena liberetur.

Trigesimus secundus casus est, † vt si forte Princeps, vel quilibet alius superior, statutum fecerit, vt si quis frumentum extra ciuitatem exportauerit, in penam incidat amputationis manus vel aliam. Accidit, ut quispiam frumentum extra ciuitatem ad usum suum exportauerit: an in pœnam ceciderit, dubitatum fuit. Verum ut in pœnâ non inciderit, voluit Imola in l. cetera. §. fin. ff. de leg. n. id quod voluit etiam Bal. in l. cum proponas. C. de nautico fenore. An autem ille, qui frumentum extra ciuitatem exportauit, pro suo usu exportauerit, nec ne, eius qui exportauit iuramento statut, & illud iuramento in eo casu plenam probationem facit, ut dixit ibidem Imol. & Bal. in l. cum proponas, & sequitur Marsil. in d. rub. de probatio. nu. 145. & latius in singul. 86. statutum. Et idem quoque nos supra diximus de gabella, quod non soluatur pro iis, quæ ad usum suum exportantur.

C A P. LXXIII.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Iudicis suspicio iuramento probatur.
2 Suspicio notarii probatur iuramento ipsius, qui suspicionem habet.

Trigesimustertius casus est in probanda suspicione: Nam si quis † iudicem suspectum habeat, eam suspicionem proprio iuramento probare potest, & eius iuramento statut, ut voluit Specul. in tit. de recusatio. in §. qualiter. vers. quid si presumptio. quem refert & sequitur Barto. in consil. 105. inquiritur contra dictum Ioan. circa finem. & idem dicitur de su-

spitione † notarii, ut late tradit Alex. in consil. 104. 2
circa primum. col. 2. vol. 5.

C A P. LXXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramento illius, qui appellavit, statut de amissione apostolorum dimissorum in itinere.

Trigesimus quartus casus est in amissione apostolorum dimissorum: † Nam si quis appellaverit, & dum esset in itinere & ad iudicem ad quem iret apostolos dimissorios perdidit, in eo casu amissionem illam apostolorum suo iuramento probare poterit, ut dixit Salyc. in l. præses. C. de ap- pel. & dicit id voluisse Specul. in tit. de appel. in §. nunc breuiter. vers. quid ergo. & ad hoc adducit tex. in leg. scire oportet. §. sufficit, vers. si enim ex ipsa naturali iu- stitia. ff. de excusa. tut. & subdit, quod Clemens III. ita seruari in curia Romana præcepisset.

C A P. LXXV.

A R G V M E N T U M.

De vi statuti, circa probandum dominium, à damno passo.

S V M M A R I A.

- 1 Dominium iuramento probatur, stante statuto quo in causis damnorum datorum probatio per iuramento sufficiat.
2 Iuramento si probatur principale, pariter probatur accessoriū.
3 Tacitum aliquod si ex instrumento necessario sequitur, perinde habetur ac si esset in instrumento de scriptum.
4 Hypotheca licet in instrumento dotali nulla fiat mentio: attamen quia presupposita dote de necessitate sequitur hypotheca, consequens est ut hypotheca quæ tacite consequitur, eandem executionem habeat, quam ex forma statuti expressa in instrumento.
5 Statutum si dicat quod instrumentum garantiatum habeat executionem paratam, non solum illud quod continetur in eo instrumento expresse executionem paratam habuit: sed etiam illud, presumptive comprehenditur.
6 Iuramentum quandoque indirecte probatur.
7 Iuramentum in contractu appositum fuisse, per testes probari potest.

Trigesimus quintus casus, cum tractatur de probando dominio, † stante statuto, quod in causis damnorum datorum probatio per iuramento sufficiat. In hoc enim casu de dominio rei iuramento damnum passi statut, si de dominio rei quæstio moueat, ut dixit Bal. in l. 1. post princ. ff. de reb. credit. quem alii sequuntur. & voluit etiam Bart. in l. 3. ff. de alim. & eibar. leg. & Pau. Castrens. in l. cum hi ff. de transact. Et pro his faciunt ea, quæ dixit Bald. in l. si quis testibus. in princ. ff. de testibus. ubi per illum text. voluit, ut si principale iuramento probetur, ita † etiam accessoriū probetur: id quod diligenter no-

tandum esse arbitratur. & tursus idem Bald. in l. vbi adhuc, col. 5. in versic. aduerte ff. de iure dot. vbi inquit,
 3 quod vbi cunque ex aliquo expresso † instrumento aliquid tacitum necessario consequitur, perinde habetur ac si illud tacitum in ipso instrumento de-
 4 scriptum esset. Vnde etiam infertur, quod in instrumen-
 to dotali licet de hypotheca mentio non fiat: attamen quia prælupposita dote necessario sub-
 sequitur hypotheca, consequens est ut hypothecaria, quæ ex tacita subsequitur, eandem executionē habeat, quam ex forma statuti hypotheca expressa
 in ipso testamento habere dicitur, per ea, quæ voluit Barto. in l. ff. de his, que in testamen- delent & hoc dictum refert & sequitur Barbat. in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. Et facit etiam illud, quod dixit tursus Bald. in l. ad probationem. l. i. C. de probatio. dum voluit,
 5 quod si statutum † dicit, instrumentum garantia-
 giatum, executionem parata h. bere: runc non solum illud quod in eo expresse con- inetur, parata executionem habere: sed illud etiam quod præsumptive percipitur. Ad quod facit etiam illud,
 quod iterum dixit Bald. in l. fin. colum. fin. versic. ex hoc infero. C. de fideicommiss. & illud etiam, quod dixit in l. si quando. Cod. de testib. & tradit iterum Hippol. Marfil. in singul. 17. accessorum. Præterea ad hoc quoque no-
 6 tandus est aliud casus, † in quo iuramentum indi-
 recte probationem facit, & in eo ei standum est, vt puta si aliquo statuto caueatur, ut vendicio, vel quilibet alius contractus, qui centu n exceda, non possit, nisi publico instrumento probari, & accidat ut contractus eam suminam excedens cum aliquo initus sit, & in eo iuramentum appositum, de ipso tamen contractu instrumentum consecutum non sit, sed testes tantummodo interfuerint:
 & ideo stante dispositione talis statuti, contractus
 7 per testes probari non potest, an in hoc casu † iu-
 ramentum appositum in dicto contractu per testes probari possit? Et dicitur posse, vt voluit Imola in c. cum contingat in 6. car. extra de iure iurand. & refert & sequitur Felyn. in c. sicut consuetudo. colum. 6. versic. sexto intellige, extra de probatio. Quod quidem dictum est maximi effectus: nam licet agens ad obseruantiam contractus illum directe probare per testes non possit: attamen indirecte iuramentum coram iudice ecclesiastico per duos testes probando obtinebit, propter rea quod probato iuramento iudex cogit ipsum iurantem ad obser- uandum ipsum contractum.

C A P. LXXVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

1. *Iuramento ipsius iudicis qui dicit sibi non liquere probatur illa negativa & huismodi iuramento statut.*

T Rigesimus sextus casus est in negativa, quan-
 do † iudex iurat sibi in causa non liquere de
 meritis illius: Nam id iudex suo iuramento proba-
 re potest, vt dixit Bald. in l. de meis. §. ex compromis.
 §. ff. de arbit.

C A P. LXXVII.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A .

1. *Iuramento legati statut, quod equus sit illi mortuus in itinere.*
 2. *Iuramento oratoris creditur, quod aliquid casu for- tuito omiserit.*

T Rigesimus septimus casus est, † quando tra-
 ctatur de morte equi legati: nam si dicat equū
 sibi in itinere mortuum esse, eius iuramento cre-
 dendum est, vt inquit Bald. in rub. C. de fide instrum. &
 sequitur Marcus Antonius Bauerius in tract. de virt. iura-
 men. num. 94. † prout etiam iuramento oratoris
 creditur casu fortuito aliquid amississe, & quod il-
 lud resarcendum sit: Nam licet mercedem aliquā
 generaliter pro expensis faciendis recipiat: damnu
 tamen ei si quod receperit casu aliquo, resarcien-
 dum est, vt inquit Paris. in consil. 15 i nume. 30. vol. 4.
 prout etiam damnum illis legatis resarcitur, qui
 bus à prædonibus & grassatoribus aliquid subtra-
 etum fuerit, & res suas secum ferunt ob mittenis
 dignitatem, honorem seu estimationem, vt puta
 veste, vel vase argentea: Quæ omnia nisi ipsimet
 in culpa sint, resarcienda sunt. Culpa autem eorum
 inde percipitur, quod nauigare voluerint, cum ter-
 restri itinere facilius & commodius ad locum de-
 bitum peruenire possent, vt inquit Bart. in l. si ser-
 uus. §. quod vero, vbi tradit Alex. ff. defurt. & inter cau-
 sas. §. non omnia. ff. manda. & Doct. in cap. cum pro causa,
 extra de procura. Legato enim quicquam impuan-
 dum non est, nisi modum excedat. c. nouit, vbi Bald.
 extra de appellat.

C A P. LXXVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I A .

1. *Iuramento domini statut de exhibitione serui.*
 2. *Seruus non dicitur in potestate domini, quando est peregre, vel in fuga.*

T Rigesimus octauus casus est, cum de exhibi-
 tione domini tractatur: Nam, vt inquit Francis.
 Marci in quest. 425. num. 3. volum. i. quando dominus
 † seruum proximam ab eo data exhibere tene-
 tur, eo opus est, vt sit in eius potestate: & ideo si
 seruus sit in fuga, † vel peregre, in eius potestate
 esse non dicitur. l. quoties. §. in potestate. ff. de noxal.
 Et ideo ea de re, eius iuramento statu & credi debet
 quod ipse dominus dolo eum possidere non des-
 erit: & ideo tali iuramento purgare se debet. d. l. quo-
 ties. §. prætor. ait. ff. de noxalib. Et ideo si iurare recusa-
 verit, condemnari debet: quandoquidem si dolo
 possidere desierit, perinde habetur ac si possideret
 quatenus ad noxalem actionem pertinet, vt ibi-
 dem ipse late prosequitur.

C A P. LXXIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

1. *Iuramento etiam tutoris qui rationem reddit de par- uis sumptibus statut.*

Tri

Trigesimus nonus casus est de tute rationem suæ administrationis reddente: Nam vt inquit Decius in tract. de priuileg. §. ecclesiis. numer. 8. † etiam tutoris, qui gestæ suæ administrationis rationem reddit, de paruis sumptibus eius iuramento statut, prout voluit etiam Ripa in l. admonendi, numero 126. ff. de iure iurand. & tradit Tiraquel. in tractat. de iudi. in rebus exiguis, fol. 29. & versicu. hoc fit, fol. 39. & versicu. quadragesimo sexto. & Plotus in l. si quando, numero 388. & 456. vbi ampliat etiam in non modicis, si personæ qualitas & verisimilitudo, & iudicis nutus concurrat. C. vnde vi. Præterea quod tutores iuramento mentem suam declarant tradit Corne. in consil. 1. num. 9. vol. 1.

C A P. LXXX.

A R G V M E N T V M .

De iuramento prælati aut administratoris super paruis expensis.

S V M M A R I A .

1. *Prælatorum in reddenda ratione, vel rectorum ecclesiistarum, iuramento an stetur tam de paruis expensis qua difficilime probari possunt, quam etiam de maioribus.*
2. *Rectorum hospitalium iuramento & tutorum & curatorum, an in reddenda ratione stetur.*
3. *Prælati ius pinguius habent, quam legitimi administratores.*
4. *Prælatorum maior est potestas quam aliorum administratorum, & in pluribus differunt.*
5. *Prælatorum iuramento in reddenda ratione non statut, quando tenentur reddere rationem propter suspicionem dilapidationis.*

Quadragesimus casus est, vbi agitur de reddenda ratione prælatorum & ecclesiistarum rectorum: Nam, vt inquit August. Berous in c. qualiter & quando, il 2. num. 74. extra de accusatio. fuit aliquando quæsumum, an eorum † iuramento tam de expensis leuioribus seu minimis, quæ difficilime legitime probari possunt, quam de maioribus credendum sit. Vnde dicit Berous gl. ibi simpliciter loquendo, hoc ultimum expresse voluisse, & ea Doctor communiter sequi, præsupponentes quatenus ad hanc dubitationem pertinet, magis esse dubitandum de rectoribus † hospitalium, tutoribus & curatoribus, & id fortasse dicit ea ratione, quod tex. in clemen. quia contingit. §. vt autem, de relig. domib. cum rectores hospitalium tutoribus & curatoribus comparentur, & instar tutorum & curatorum iuramentū præstare tenentur, & de locorum ipsorum bonis inuentaria confiscare & ordinariis seu aliis quibus subsunt vel putandis ab eis annis sanguinis, de sua administratione rationē reddere, cum alioquin beneficiū rectores fructus suos faciant & ideo de eis rationē reddere horū teneatur, quam de rectoribus ecclesiistarum & prælati; vt ibi Hostieis, ultra predicta tradit: Qui ultra ea, quæ paulo ante diximus, ea ratione mouetur, quod † prælati ius pinguius legitimis administratoribus habeant, cum sint legitimi & perpetui administratores ad suam propriam utilitatem, vt dixit Barto. & sequuntur alij

in l. neque. C. de procur. Præterea maior est † potestas 4 prælati quam aliorum administratorum, & in pluribus differunt, vt notatur in c. fin. 5. q. 3. cum alius similis ibi deductus ab ipso Abat. & Aret. & subdit ad hoc facere tex. iuncta gl. ibi, in c. fin. extra quod met. causa, & in l. si quando. Cod. vnde vi. Plane solius iuramenti probatio ideo admittitur, quia eorum probatio difficillima est.

Hæc tamien conclusio, vt ibidem inquit August. Berous, prorsus vera non videtur, & præsertim quando p̄fælati rationem reddere tenentur ob dilapidationis præsumptionem: † & ideo in hoc cōtrarium fortasse & illud verius dici posset, vt etiam de minimis prælati iuramento non stetur: quandoquidem cum agit de præstanto iuramento, personæ qualitas consideranda est, an scilicet honesta sit, vel suspecta: & præsertim in hoc de quo queritur, vt habetur in cap. fin. extra de iure iurand. & cap. fin. extra quod met. causa, & in l. si quando. C. vnde vi. & tradit Ioan. Andr. & Doct. in cap. dilecti filij, extra de foro cōpeten. iunctis notatis ab Aretino in d. cap. qualiter & quando, extra de accusatio. vbi dictum illud declarat: sed dubium non est, quin prælatus ob dilapidationem suspectus efficiatur, & eius opinio seu extimatio infringatur, vt habetur in d. c. qualiter & quando. Ergo illius iuramento standum non videtur in illa ratione reddenda, quæ ob dilapidationis suspicionem fit, & si stetur iuramento rectorum & aliorum administratorum, qui suæ administrationis rationem reddere absque suspicione dilapidationis, præsumptive fraudis, sed officii suū tantum causa, & illorum commodi, quorum curam & administrationem gerunt, vt est textus in dict. clemen. quia contingit, per ea quæ latius prosequitur Augustus Berous in loco supra adducto. Dicit igitur Berous in dicto capit. qualiter & quando, numero 72. in reddenda ratione hospitaliorum iuramento de modicis leuiusque rebus stari & fidem adhiberi. & Paul. Castrensi. in leg. qui sub conditione, numero tertio, ff. de condition. & demonstratio. De magnis autem impensis & suminis, non leuius, eorum iuramento standum non esse: Ex quo enim sciunt de iure ad reddendam huiusmodi rationem obligatos esse, vt testes habeant vel instrumenta, quibus maiores impensas probare possint, procurare debent: quandoquidem eis contra hospitalia & huiusmodi loca pia fidem adhibere perque graue & periculose valde esset; argumento l. rationes. & l. exempl. Cod. de probation. & latius ibi prosequitur Berous.

Ampliat prædicta ibidem Berous in tutoribus, curatoribus & aliis huiusmodi administratoribus, vbi dicunt communiter Doctores, & præsertim recentiores, & Aret. inquit, ita tentisse Bart. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber. qui refert Cynum in d. l. id quod pauperib. C. de episc. & cleric. & satis probatur in dicta clemen. quia contingit. de religio. donib. quæ eos æquiparat hospitalariis.

Secundo limitatur hæc conclusio, vt dixit Berous eodem in loco, quando talibus administratoribus, quod libros rationum non confecissent, imputari posset, cum tam de iure quam ex consuetudine tales libros confiscare tenentur, & rationes in eis describere, vt est text. in l. creditor. §. inter cetera, vbi tradit etiam Bartol. ff. de liber. lega. & in l. prima, §. officio. ff. de tutel. & ratio. distractio. & est pariter text. in

l. Nescienciam, in fine, ff. de negot. gest. Plane tunc de impenis etiam minimis & leibus eorum iuramento standum non est, ut dixit ibi Are. per ea quæ notat Bal. in dicta l. id quod pauperibus, colum. fin. C. de episco. & cleric. & facit optime tex. in l. tutor qui repertoriū, in principio, ff. de administ. tuto. Et iterum est text. cum gloss. in versic. de nouo, in clemen. constitutionem, de electio. & ex his satis (ni fallor) concludenter inferri potest, quod cum de iure tutores & curatores liberos confiscere etiam de minimis teneantur. *l. l. §. officio, ff. de tutel.* eorum iuramento standum non sit etiam quod communem, de qua supra, opin. id impugnare videatur. De hoc tamen cogitandum relinquo.

C A P. LXXXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i. Iuramento viri de carnali copula, an statut.

Q Vadragesimus primus casus est, † cum agitur de copula carnali: nam in eo casu viri iuramento statut, nisi per matronas contrarium probetur, ut dixit Imola in c. proposuisti, num. 2. extra de probati. An autem & quando iuramento standum sit, vide Iason. in leg. pro hærede. numero decimo septimo. ff. de acquirend. hæred.

C A P. LXXXII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i. Iuramento illius statut, qui dicit ignorare se fuisse citatum ad hoc.

Q Vadragesimus secundus casus est, † quando quis dicit ignorare ad aliquid faisse citatum, ut inquit Archidia. in c. venerabilibus, num. 2. de senten. excom. in 6. Nam tunc eius iuramento stari dicendum est, & est tex. in c. contra lectum. 22. quest. 4. & notatur in c. proposuisti. 82. distinctio. & in c. quisquis. in gloss. fin. 4. quest. 5. Contra tamen huiusmodi conclusionem facere videtur illud, quod dixit Tiraquel. in tractatu de vitro retract. lignagier. §. nono. gloss. 2. numero 41. dum anchoritate Ange. in consilio centesimo octavo sexto. repetito, in consilio 216. vissi igitur supra dictis colum. prima. vult, ut id in citatione domi facta id locum habere non videatur, propterea quod de ea presumitur ei à domesticis & familiaribus renunciatum, ut voluit gloss. in l. si legibus. Cod. de episcopa. audien. vel intermissio aliquo temporis spatio, inter quod verisimile sit, citatum eorum quæ domi gesta sunt, notitiam habuisse. l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & postib. Et ideo in dicto §. sed ista, colum. 25. versic. & per ista puto, Institut. de actione inuechitur contra Bald. qui in l. 2. §. penult. in fine. ff. si quis cautio. inquit stari iuramento alicuius, an illud quod ei domi denunciatum est, ad eius notitiam peruenierit: quandoquidem, ut inquit Ias. cum præsumptio sit, ut ad eius notitiam peruenierit, eius iuramento ad probandum contrarium non creditur, per ea quæ ibi deducit. Illud tamen dictum Bald. sequitur Alexan.

in l. de pupillo. §. nunciationem, colum. fina ff. de noui ope. nunciat. & habetur in additione ad Barto. in leg. inzeromnes. §. recte. ff. de furt. & tradit Alciat. in tractatu præsumptio. regula tertia, præsumptio. 16. numero secundo. & idem quoque voluit Nicol. Mattarel. in lectura Barto. in l. scire oportet. §. sufficit. in fine, ff. de excusatio. tuto. & Firma. in tractatu de episcop. libro 1. parte tertia, colum. 3. versiculo, potest autem citatus.

C A P. LXXXIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i. Iuramento afferentis statut, vbi tractatur de modico præjudicio:

Q Vadragesimus tertius casus est, † vbi tractatur de modico præjudicio, ut dixit Aymon Crauet. in consil. 182. num. 15. in versiculo, similiter l. thesauris. ff. ad exhibend. & tradit Decius in capit. pastoralis, colum. secunda, extra de exceptio. & Ias. in l. si fideiussor. §. si satisfactum, columna 2. in fin. qui satisfacta cogant. & ibidem refert multa alia, quæ admittuntur, vbi de modico præjudicio tractatur, & alias non admitterentur.

C A P. LXXXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i. Iuramento officialis statut, quando iure actionis non tenetur ad custodiendam bona ablata.

Q Vadragesimus quartus casus est, † cum agitur de iuramento officialis, propterea quod quando iure actionis non tenetur ad custodiendam bonorum ablatorum, sed tanquam officiales officio iudicis eorum iuramento statut ad instar argentarii & fabellionis, ut habetur in leg. finali. Cod. de fide instrument. iuxta ea, quæ notauit Bartol. in dicta leg. si quis ex argentariis, paragraphe penultimo. ff. de edendo, & tradit Abbas in capit. secundo, extra de deposito. & Salycet. in leg. si creditor. ff. de pignor. actione.

C A P. LXXXV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i. Ignorantia quod stetur iuramento afferentis.

Q Vadragesimus quintus casus est in ignorantia, propterea † puod ultra ea quæ supra deduximus, quod stetur iuramento afferentis ignorasse, tradit Hieron. Grat. in consilio 61. numero 14, volum. 2. præsupponendo ut quis ob ignorantiam canonem soluendum alicuius rei emphyteuticæ soluendum ignorauerit, ut voluit Specul. in titula de locato. §. nunc aliqua, versic. decimo octavo. & Bartol. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verborum obligatio. & Doctores in l. secunda. Cod. de iure emphyteut. & Roman. in consilio 16. vissi & diligenter, in fine, vbi volunt stati iuramento hæredis de sua ignorantia, quando cano-

canonem non soluit. & facit illud, quod voluit Abbas in consilio 305. Et accedit prædictis, quod Corneus in consilio 168. numero 13. volumine tertio. inferendo ad quasdam mulieres, quæ conditionem ad quam tenebantur, ut legata consequi possent, non adimpleuerunt, ex quo ab ignorantia impeditæ fuerunt, vult ut tales ignorantiam suo iuramento probare possint, iurando quod si sciuissent annum illud legatum esse conditionale, conditionem ipsam adimpleuisserent.

C A P. LXXXVI.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

1. *Iuramento defuncti heres stare tenetur, alioquin priuatur omni commode ei reliquo.*

Q Vadragesimus sextus casus est, † cum agitur de iuramento defuncti, ut dixit Angel. in authen. quod obtinet, C. de probatio. dum vult, heredem iuramento defuncti stare oportere; alioquin omni commode ei reliquo priuari, & idem voluit Alex. in consil. 127. num. 15. volum. 4.

C A P. LXXXVII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

1. *Iuramento socij qui subtraxit libros societatis, statutur.*

Q Vadragesimus septimus casus est † in socio, qui libros societatis subtraxit. Nam eius iuramento statut, quod animo furtum committere non fecerit, & ratio est, quia in dubio nunquam præsumitur, ut ille qui partis dominus est, furtum facere velit, & ita dicit ipsum euadere, ut sibi furti præsumptio suo iuramento non repugnet, ut supra saepe de præsumptione in pluribus casibus diximus, & tradit Alex. in consil. 118. num. 11. vol. 2.

C A P. LXXXVIII.

A R G U M E N T U M.

De iuramento quod præstat, qui asserit se instrumenta de novo reperisse.

S U M M A R I A.

1. *Instrumenta quæcunque in continentii post terminum produci possunt.*
2. *Iuramento de novo reperisse instrumenta creditur.*
3. *Periurus priuatur commode, quod eius iuramento credatur,*
4. *Iurare volens omni exceptione maior esse debet, ut eius iuramento credatur, & an verum sit.*

Q Vadragesimus octauus casus est, quando itratur nouiter reperisse instrumenta. Nā Ripa in l. admonendi, nu. 53. ff. de iure iurandi, inferendo ad illam

conclusionem quod † instrumenta quæcunque post terminum in continentii produci possunt, ex quo paria sunt actum facere intermino, vel post in continentii. ut voluit gloss. in l. Pomponius. §. rati. ff. de procurat. & in §. tutor. Institut. de author. tuto. Et Ias. in l. edita. C. de eden. inquit Bartol. ibi concludere † iuramento illius credendum esse, qui asserit nouiter instrumenta repetisse, per tex. in dicto cap. pastoralis, extra de exceptio. Et dicit hanc Bartol. sententiam communiter receptam esse per illam regulam, quam supra firmauimus, quod in his quæ pendit ab animo nostro, nostro iuramento creditur, ut latissime supra diximus. Verum prædictis non obstantibus, Ripa contrariam opinionem amplectitur. Monetur autem ex infra scriptis: & primum, quia textus in dicto capit. pastoralis, quantum ad hoc ut iurans ad exceptiones dilatorias probandas admittatur, quæ quidem modici sunt præiudicij loquitur: & ideo ut procedere possit, dicendum videtur. Quo sit, ut ad peremptorias, in quibus de magno præiudicio agitur, argumento l. ante sententiam. Cod. quan. appella. non recipi. non bene inferatur: & prædictis addit ab animo afferentis non pendere, an instrumenta nouiter reperta sint, cum id aliter probari possit, ut voluit Barto, in leg. prima, Cod. de sentent. aduersi. fiscum lat. ubi voluit eum qui asserit, probare oportere diligentiam non leuem ut ea reperiret adhibuisse. Comprobatur hoc, quia licet ignorantia iuramento probetur, ut notat gloss. in leg. si tutor. Cod. de periculo tutor. & in l. non omnis. §. à Barbaris. Cod. de re milit. in capitulo præsumitur, de regulis iuris, in sexto. Institutia tam ignorantiae aliter probanda est, ut dixit Bald. in l. prima, versiculo item appetit. Cod. ad Senatus consu. Macedon. & voluit Felynus in capitulo secundo, column. penultima, versiculo, quinto fallit, extra de constitut. ratione.

Ex his igitur clara huius dubitationis resolutio infertur, & ita distinguendū videtur. aut enim, inquit ipse, afferens instrumenta nouiter ad eius notitiam peruenisse iuris præsumptione adiuvatur, ut est in casu dictæ legis, admonendi. & tunc stetur iuramento afferentis. & ratio est, quia viri dicunt, ignorantiae iustitia iustificata est. Aut vero iuris præsumptionem non habet pro se, & tunc ignorantiae iustitia probanda sit, suam diligentiam deducendo, ut dixit Bartol. in dicta leg. prima. Verum retenta communis opinione, quod indistincte afferentis iuramento credatur, eam limitat Ludouicus Romanus & recentiores, ut in afferente † non procedat, si fuerit fortasse alias de petiurio coniunctus: quandoquidem ob perjurium perpetuo beneficio probandi per iuramentum priuatum esse dicendum est. capi. parvuli. 22. quæst. 5. & authen. ei, qui iurat. C. de bonis authorit. iudic. posiden. Confirmatur etiam, quia non quam iuramento personæ suspectæ credendum est, ut dixit gloss. in clement. prima, de testibus. † Eum enim, qui iurare vult, omni exceptione maiorem esse oportet ut dixit Ias. in dicto §. sed iste, Institut. de action. quicquid sit in alia materia. Præterea subditibidem Ripa, numero 56. æstimare iuramento periurii etiam standum esse, quia nihil dolosus doloso. l. in arenam, ubi tradit etiam gloss. C. de in officio. testament. & l. viro atque uxore. ff. soluto matrimonio.

C A P. LXXXIX.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I V M.

- i** Iuramento usurari & Hebrei de amissione instrumentorum & scripturarum non statut.

Secundo loco limitatur haec conclusio † odio usurari & Hebrei: nam quod instrumenta vel scripturas amiserint, eorum iuramento non statut, ut notatur in clement. prima, de usur. & voluit glossa quam sequitur Imola ibi, & in cons. 65.

C A P. X C.

A R G U M E N T U M.

Amissio instrumenti, quibus causibus etiam aliis coniecturis probanda sit, ut iurari desuper possit.

S V M M A R I A.

- i** Instrumentum si fuerit alicui semel exhibitum, & iterum per at exhibitionem suo iuramento amissionem probare non sufficit.
a Instrumentorum amissionem iuramento probari, quando amissio ultra iuramentum aliis quoque coniecturis probatur.

Tertio limitatur haec conclusio, ut inquit Augustinus Berous in consilio 19. numero decimonono, edem volumine tertio. dum querendo, † an quando ille cui instrumentum fuit item exhibatum, iterum exhiberi perit, prout de iure fieri potest ob iustum causam, ut puta quia instrumentum iam exhibitum amiserit, & vult amissionem suo iuramento probare: inquit quod proprio iuramento prober non sufficere: sed ultra iuramentum aliis coniecturis, presumptionibus & indicis opus esse: alioquin ei aliam editionem faciendam non esse, ut inquit in terminis voluisse Bald. in lege finali. in fine, Cod. de edendo. Et ita intelligit text. in dicta lege finali, Cod. de fide instrument. & in dicta lege finali, ff. de bonis authorit. iudic. posiden. Illa enim iusta simpliciter velle & probare videntur amissionem iuramento probari posse, & ista expresse volunt Ioann. Andreas & Abbas in capitul. cum optimo, il primo, extra de priuileg. dum dicunt, iuramento probari amissionem † instrumentorum, quando amissio ultra iuramentum aliis quoque coniecturis probatur, & idem voluit Ioann. Andr. in addition. ad Speculat. in titulo de instrument. edit. paragapho, postquam, in versiculo, vbi autem, & ita declarat text. in dicta leg. finali, Cod. de fide instrumento. & hoc dictum refert & sequitur Alexand. in dicta leg. si quis ex argentarii. paragapho penultimo. & faciunt etiam ea, que notauit Alexand. in his terminis, in leg. secunda. paragapho, quod diximus. ff. si quis cautio. Et ideo verum non videtur, quod etiam ad hoc ut iterum edatur, satis sit amissionem solo iuramento probare, ut notatur in dicta leg. finali, per illum textum, cum alia quoque coniectura requirantur.

C A P. XC I.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- i** Iuramento afferentis non statut de amissione instrumenti, quando talis amissio est causa actionis & fundamentum petentis.

Quarto loco limitatur praecedens conclusio, vt dixit Augustinus Berous in dicto consil. 19. numero 20. volumine tertio. † quando amissio instrumenti est causa actionis & fundamentum illius, qui petit: quandoquidem tunc ea per manifestas probationes ostendi debet. l. si creditor. C. de pigno. actio. Nam tunc nec simplex iuramentum afferentis, nec presumpta probatio sufficit, ut voluit Bart. in d. l. si quis ex argentariis. §. si de edend. Nec obstat, inquit Berous in d. consil. 19. num. i. vol. 3. tex. in d. l. fin. C. de fide instrument. propterea quod ille text. quatenus cogit ad edendum iterum instrumentum semel in causa productum, tunc locum habet, quando ideo petitur ut de falso argui possit contra eum, contra quem fuit productum: non autem si petatur ad illius intentionem fundandam, cui editio prius facta fuit. Ratio autem diuersitatis manifeste appetit: nam in primo casu reipublicae interest, ne delicta remaneant impunita, argumento cap. famae, extra de senten. excommunicati. in secundo vero casu hoc valde exorbitans esset, & odiosum, per predicta, ut latius ibi per eum. Posset fortasse haec conclusio induci ad declarationem statutorum disponentium, libros esse edendos vbiunque quis in eis habet interesse, & citat librum & chartas, vbi suum creditum est descriptum, an scilicet si iuretur ibi descriptum esse creditorem, vel memoriam quam illius habebat, amississe satis sit.

C A P. XC II.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- i** Iuramento testi statut an sciuerit vel ignorauerit insultantes.

Redeundo ad propositam materiam, quadragesimastantis casus est, vbi de insultantibus tractatur: † quandoquidem tunc, ut inquit idem in Augustinus Berous in consil. 19. numero 2. volum. 3. an testis, vel quispiam insultantes sciuerit vel ignorauerit vel eorum personas, cum ab eorum animo id pendeat, eorum iuramento standum est, si iurauerint vel dixerint eos ignorasse, & non cognovisse, ut notauit gl. in cap. innotuit, in verbo ignorantiam, extra de electio. & gl. fin. in d. c. pastoralis. & ibi tradunt Doctores extra de except. per illum tex. & per text. in l. Lucius. §. testes ff. de quaest. quæ iura non repugnant huic conclusioni, quia loquuntur quando testis vel negat praesentem fuisse, vel factum, hoc est delictum: & tamen quod praesens fuerit, constat: quod autem sciuerit, vel ignorauerit, vel personam delinquentis non cognoverit, per torturam ab ipso teste extorquendum non est: sed in hoc iuramento, quia est legitima probatio, standum est, ut supra diximus in multis.

C A P.

De Executionibus, Tractatus §.9. 669

C A P . X C I I I .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

Iuramento illius statut, qui possidet rem hæreditariam alio titulo quam hæreditario, si declaret quo titulo refineat.

QVINQUAGESIMUS casus est, de quo meminit Bal. in consil. 405. num. 3. volum. 5. † si fortasse quispiam rem hæreditariam alio iure quam hæreditario retinere possit: nam tunc si iuramento asserat se rem illam alio titulo quam hæreditario retinuisse, eius iuramento statut & declarationi iuratæ, vt dixit Iaco. de Arena in l. pro hærede. §. primo. ff. de acquiren. hæredit. per text. in l. si quis non quasi, eodem titulo. Id autem non procederet, vbi extaret statutum disponens, vt quis efficiatur hæres, quomodo cunque tenuerit, vel possederit rem iam posses- sam ab eo, de cuius hæreditate agitur, vt est statutum nostrum sub rubr. 29. de hæredi. & hæredit. debito. conuenien. Hoc dictum Bal. videtur confirmare Pau. Castren. in dicta l. pro hærede, numero 5. ff. de acquirend. hæredit. vbi loquendo de actibus indifferentibus, vt est locate res hæreditarias vel fulcire: quoniā id & tanquam hæres. & tanquam custos facere potest nec prædicti actus magis ad unum quam ad alium ordinantur, vel sunt: merito eius declarationi, qui actum gessit, iuratæ standum est, vt volauerunt Io- an. & Azo. Et ideo dixit Castren. Iacob. de Arena voluisse, vt eius declarationi cum iuramento stetut quo animo illud fecerit, & ratio est, quia regulariter in iis, quæ pendent ab animo, statut iuramento gerentis, vt notauit gloss. in dicto §. alia. Instit. de action. & supra late & copiose firmauimus.

C A P . X C I V .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

Iuramento vii legitime probationi statut, nisi contrarium probetur.

HÆC conclusio, quod iuramento stetut, vt supra vidimus, diuersis ex causis limitatur: & in primis quando contrarium probatur, vt inquit Decius in capit. proposuisti, numero tertio, extra de probatio. † dum inquit, quod licet alicuius iuramento standum sit, id nisi contrarium probetur, intelligendum esse, vt inquit ibidem etiam Abbas ad statutum inferendo: & iterum Abbas in c. continebatur, in gl. 2. extra de responsi. impuber. & tradit Butriga. in l. prima. Cod. de re iudic. quem refert ibi Bald. in versic. quero cum Iacob. Butriga. & rursus idem sequitur Bald. in l. prima. versiculo, querit Iacob. C. si aduersi. liber. & in cap. primo, colum. prima, versiculo, facit statutum, in titulo, si de inuestitu. inter domin. & vasall. lis oriat. & notat Ang. in l. qui vas, in principio. ff. de furt. & in l. qui restituere, ff. de rei vendicat. cum vulgaribus. & late prosequitur Alexand. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de da- mno infecto. & rursus idem Alexand. in consilio 114. in causa & lite, columna prima, volumine quarto. & est gl. quam ibi ponderauit Castren. & Alexand. in l. secunda, §. si absens, in verbo iudicio. ff. si ex noxali causa agat. & fa-

cit gloss. in capit. secundo, in verbo affectata, de tempor. ordin. in sexto. vbi Dominic. à sancto Geminian. post Io- an. Andr. & est ad idem etiam gloss. in cap. primo. in versi. caput, extra frigid. & malefic. & iterum Ioan. Andr. & Dominic. à sancto Gemin. in c. statutum, versic. sed an contra iuramentum, de rescript. in 6.

C A P . X C V .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

Iuramento illius non statut, qui iurat contra contu- macem.

HÆC conclusio, vt inquit Decius eodem in loco, numero 4. pluribus modis limitatur. Et primo loco † si ille, contra quem iuratur, contumax sit, & vel in dolo, quia tunc statut iuramento, quia contra illud probari quicquam non potest, vt voluit Imola in l. qui bona. §. qui damnum. ff. de damno infecto. argumento d.l. si quando. Cod. vnde vi. Sed contrarium verius videri subdit ibi Decius, vt concludit etiam Alexand. in d. §. qui damnum, col. penult. & inquit voluisse Angel. in d. l. qui vas, in principio. ff. de furt. Nam intentio statuti mandantis iuramento alicuius sta- ri, non videtur fuisse vt alter cum falso iuramento lucretur, & in casu d.l. si quando, cum simil. b. pro- battio in contrarium admittitur, vt dixit Imola in dicto cap. fin. extra quod met. causa. Subdit tamen ibidem Decius, Aret. ibi pro iis, quæ dicit Imola, ad- ducre tex. in l. penul. §. in eum. ff. ne quis eum, vbi con- tra eximentem datur actio ad interesse, secundum extimationem illius actoris, & aestimatio (vt ibi dicatur) etiam ratione calumniae impugnari non po- test. Ergo infertur præcisæ iuramentum attendi, vt contra illud probari non possit. Vel, dicit Decius, potest responderi, illud statutum in pœnam fuisse inductum ob illud delictum, quod gracie reputatur, & constat ibi de mente legis, quæ ultra pro- cedit disponendo, quod iuramentum præcisæ at- tendatur, & si actor calumniatus sit, At secus in quæstione proposita, in qua statutum simpliciter loquitur, & interesse inspicere videtur. Nec eius intentio fuisse videtur vt alter cum falso iuramen- to lucretur, nisi alter de mente statuti appareat, vt infra prosequitur.

C A P . X C V I .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

Iuramento asserentis statut, sed contrarium proba- potest, quando statutum dicit, quod iuramentum pro plena probatione habeatur.

SECUNDO limitatur prædicta conclusio, † quod contrarium probari possit, non obstante iura- mento, quando statutum diceret, vt iuramentum pro plena probatione habeatur: Nam etiam in eo casu contrarium probari non potest, vt notat gl. in clem. 1. in verbo, narremus, per illum tex. de probatio. & voluit Ludouic. Rom. in l. si duo. ff. de acquirend. hæred. & rursus Roman. in l. qui bona. §. qui damni, quem ibidem sequitur

sequitur Alex. and. colum. 3. ff. de damno infect. Et rursus Alexa. in d.l. 2. §. si absens, ff. si ex noxali causa agat. vbi inquit, id esse valde utile pro priuilegiis, quæ Hebræis dari solent, vt scilicet eorum libris plena fides adhibetur: Nam tale priuilegium locum non habet, si statutum dicat, vt iuramentum pro plena probatione habeatur, propterea quod in eo casu, non obstante huiusmodi priuilegio, contrarium probari poterit, vt adnotauit Alexan. in consi. 114. in causa & lite, col. 3. vol. 4. & Decius eodem in loco, licet multa contra hanc limitationem effundat: attamen magis communis videtur, & ideo tenenda.

C A P. XCVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iuramento alicuius non statutum dicat iuramento omnino credendum.

Tertio limitatur, † quando statutum disponit, quod iuramento omnino cedatur: nam tunc contra iuramentum contrarium probari non potest, vt dixit Rom. in d.l. si duo, vbi refert Bal. in except. iur. cano & voluit etiam gl. in clemen. 1. in verbo, omnimodam, extra de foro competen. & rursus idem Roma. & Alex. dicunt in d.l. qui bona. §. qui damni. ff. de damn. infect. Potest præterea haec conclusio confirmari per text. in § fin. Inst. de tutel. in fin. ibi omnimodo. id est, sine inquisitione. & idem probatur in l. antiqua. C. ad Velleia. cum gl. ibi, per illum tex. dum inquit, omnino credendum esse. Et ideo secundum gloss. ibi, contrarium probari non potest. Præterea facit tex. cum gl. in l. si cum exceptione. §. sed & si quis, cum gl. ff. quod met. caus. & illud, quod notat Abbas per illum tex. ibi omnino remoueatur, in c. qualiter. il. 2. col. 6. extra de accusati. vbi per illum text. inquit in contrarium dispensari non posse. Et optime facit illud, quod notat Archidiac. per illum text. in ca. 2. de paet. in 6. dum inquit, quod cum tex. ibi dicat, iuramentum omnino seruandum esse, absolutio à iuramento peti non potest. & sequitur Dominic. à sancto Geminiano ibidem, colum. 2. post l. mol. quem refert idem Roman. in consil. 437. in casu proposito, in fin. licet Decius ibidem multa effundat.

C A P. XCVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iuramento non statutum nec probationem facit si statutum requirat legitimam probationem.

Quarto limitatur, præcedens conclusio, † si statutum legitimam probationem requirat. nam tunc simplex iuramentum non sufficit, vt in terminis dixit Alber. de Rosate in l. cum de indebito, gloss. in verbo, vltimus. ff. de probatio. & est glo. in §. quadruplici, in versic. duplicit. Inst. de actio. Et idem est si diceretur, quod probatio sit luce clarior, vt dixit Bal. in l. fin. in princ. per illum text. in versicu. luce clarior. C. si minor se maio. dixerit. Idem quoque est, si statutum dicat, probationem perspicuam esse debere,

vt dixit Bal. in l. in bona fidei, col. pen. in fine, versic. secundum inspicitur natura causarum. C. de reb. credit. & idem requiratur plena probatio, vt est gl. notabilis in cap. cupientes. §. quid si per viginti, in versic. plenam fidem, de electio. in 6. & facit tex. in c. i. in versic. plene, de electio. in 6. Idem quoque est, si statutum disponat, vt dilucide probetur: nam periinde est, ac si perspicue, prout dicunt Docto. in d.l. 3. C. si minor se maio. dixerit. dum volunt, vt quando requiritur dilucida probatio, vnicus testis non sufficiat cum iuramento. Et subdit ibidem Bal. in fin. C. de secund. nupt. quod ad probandam ingratitudinem, vnicus testis non sufficit, cum dicat text. liquidis probationibus probare oportere. Et rursus idem voluit Bal. in l. vnic. in 3. oppositio. ne. C. de his qua pena nomine. vbi idem pariter esse arbitratur, si indubitate probatio à statuto requiratur. Idem quoque est, si apertissima probatio requiratur, vt dixit gloss. in l. fin. in gl. magna, in verbo suspitioni. ff. quod. met. cau. Immo in validioribus terminis dixit Ias. in l. admonendi. col. 96. ff. de iure iur. quod licet in specie hac eius iuramentum probationem simpliciter requirit, etiam absque eo quod dicat plenam, vel legitimam, vel perspicuam, vel similia verba effundat: attamen tunc probationem solo iuramento non probare. Mouetur autem, quia vbi lex simpliciter de probatione mentionem facit, intelligitur de plena, d. clemen. constitutionem, cum glos. in versic. fides, de elect. & Bal. in l. peremptorias, col. fin. C. senten. rescindi non posse. Et facit text. in leg. Lucius. ff. de condit. & demonfr. per quem text. dixit ibi Bartol. quod appellatione probationis, vera tantum comprehenditur. & est tex. in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de iudic. dixit Bar. in dubio de legitima intelligendum esse. & Ias. in l. eum qui, in fin. ff. de iure iur. & in l. qui accusare, in fin. C. de edendo. & in l. i. §. nunciatio, colu. 3. ff. de noui oper. nunc. & Fely. in rub. de probatio. colum. 2. Sed iuramentum non est vera & plena probatio, sed impropria, l. non erit. §. datio. ff. de iure iur. Ergo in illis casibus verificari non potest.

C A P. XCIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Probari contrarium non potest, quando iuramentum praestatur presente & tacente eo, contra quem iuratur.

QVinto loco limitatur, † vt in eodem loco, num. 7. dixit Decius, nisi iuramentum praestetur praesente & tacente illo, contra quem iuratur: nam tunc contrarium probati non potest, vt notat Calder. in d. cap. statutum. §. cum vero, vbi Dominic. à sancto Geminiano. eum sequitur, colum. 4. de script. in 6. & sequuntur etiam recentiores in dict. cap. proposuisti. extra de probatio.

C A P. C.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Probari in contrarium non potest, vbi statutum omnino prohibet probationem in contrarium.

Sexto

Sexto loco limitatur, † quando statutum omnino determinat, & figere pedes videtur prohibendo probationem in contrarium: nam in eo causa statuto non receditur, ut dixit Bald. in c. i. colum. 1. versi. & facit ad statutum, in t. si de inuest. inter domin. & vasal. lis oriat. & rursus idem Bald. in l. prima, in princ. C. de reb. credit. Nec sufficit quod statutum simpliciter dicat, standum esse iuramento officialis, ut notat Bald. in l. si tutor in fine. C. de peric. tuto. sed expresse apparere statutum ita iuramento stari velle, ut contrarium probari non possit, & ita intelligendū esse ait illud, quod notat Bald. in cap. nulli, colum. 7. versic. extra quārō, extra de rescript. Et pro hac limitatione inquit optime facere, quia statutum subsistit, quo cauetur ut testes in aliquo casu comprobati nō possint, ut notat Barto. in consilio 100. à Domino Cyano, in primo dubio. & sequitur Petrus de Anchār. in car. 21. versiculo, vltierius quārō, extra de constitutio. & iterum facit illud, quod notat Bart. in l. absentem, column. penult. ff. de penā. Faciunt præterea etiam iura, in quibus aliquid disponitur, & probatio in contrarium prohibetur, ut habetur in c. is qui fidem, extra de sponsalib. & in l. si qui adulterij. C. de adulter. & in l. prima, in princ. C. de rei vxor. actio.

C A P. CI.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum æquiparetur sententiæ, perpetuat actionem & similia.

S U M M A R I A.

- 1 Iuramentum sententiæ æquiparatur. & qualiter etiam differant. nu. 18.
 - 2 Vt scapiendi causa ex iuramento transfertur.
 - 3 Iuramentum, confessio & sententia æquiparentur.
 - 4 Actiones omnes, quæ lite contestata perpetuantur, iuramento etiam perpetuantur.
 - 5 Actio perpetua oritur ex iuramento, sicut ex sententia.
 - 6 Sententia lata in petitione hæreditatis vt res superuenientes respicit, ita & iuramentum.
 - 7 Iuramentum & sententia omnes exceptiones peremptorias tollunt.
 - 8 Condemnatus per sententiam habet quadrimestre ad solvendum, vt ille contra quem iuratum est.
 - 9 Soluere condemnatus, præcise soluere tenetur.
 - 10 Debitum iuratum, quando compensationem admittat.
 - 11 Iuramentum delatum inter aliquos, aliis nec prodest, nec obest.
 - 12 Iuramentum vim iudicij habere, & quando, numero 15.
 - 13 Actio utili sicut ex stipulatione judiciali sine cessione acquiritur, ita ex iurata.
 - 14 Iudicis prohibitio alienationis translationem domini impedit.
 - 15 Iuramentum maioris est auctoritatis quam sententia.
 - 16 Iuramentum quantumcunque similitudinem iudicij habeat, non consequitur ut iudicium intelligatur, necesse esse.
 - 17 Iuramentum quantumcunque similitudinem iudicij habeat, non consequitur ut iudicium intelligatur, necesse esse.
 - 19 Iuramentum contra iuramentum subsistere, licet sententia contra sententiam non subsistat.
- Praeterea redeundo ad ea, quæ supra dicebamus de facultate & authoritate iuramenti, ampliando & ostendendo in quibus iuri communi præualeat; animaduertendum est, † quod iuramentum non solum sententiæ æquiparatur. l. postrem iudicatum. ff. de re iudic. & tradit Innoc. in cap. ex conquestione, extra de rescript. spoliat. & Cardin. in l. ex dittero. §. vbi autem, numero tertio. ff. de re iudicato. vbi ex iis, quæ dicit Bartol. eodem in loco, sententiam erroneam super principali fidem de fructibus facete. & tradit Soci. in l. si quis cum totum. §. plane. ff. de exception. rei iudicata. Et ideo Alberic. in l. sunt & alia. §. ait Prætor, numero 3. ff. de public. in rem action. inquit, quod sicut in lege, statuliberi à ceteris. §. Quintus Mutius, circa medium. vbi tradit etiam Alberic. ff. de statu homi. sequitus Jacob. de Rau. in dicto §. ait Prætor, per textum, in l. si per errorem ff. de vsucatio. & in l. eum qui. §. si petenti, eodem titulo, de public. in rem action. concluditur, † ut sicut ex iuramento causa vñucapendi transfertur, ita etiam ex sententia transferatur, cum æquiparentur. l. 1. & 2. ff. de iure iurando. & si Petrus & sequaces contrarium tenuerint. Et ideo Alberic. in l. certum. §. si quis absente nu. 1. ff. de confess. notat ex eo text. tria æquipari contineisse, videlicet. Iuramentum & confessionem & sententiam, ut voluit Jacob. ab Arena in l. postrem. ff. de re iudic. & iterum idem Alberic. in l. Julianus, numero decimonono. ff. de condic. indeb. & rursus in l. de etate, numero quarto. ff. de mino. Et idem quoque dixit Barto. in l. nam & postea. §. si n. qui numero 4. ff. de iure iurana. † omnes actiones, quæ lite contestata perpetuantur, iuramento quoque perpetuari. & ratio est, quia iuramentum sententiæ vim habet. l. sed & si possessori, in fine. ff. de iure iurando. & ideo habemus ex iuramento, prout ex sententia, perpetuam oriri actionem, ut infra de hoc latius loco suo dicetur, & si primam, quæ lite contestata non perpetuatur, perpetuare non soleat. Hanc præterea opinionem sequitur Bart. in d. l. sed si possessori, numero 7. qui est in §. sed cum de hereditate. ff. de iure iurando. vbi in terminis nostris iuramentum sententiæ vim habere, notandum esse arbitratur, ex quo executionem paratam habet, ut idem Bartol. dixit in l. secunda, eodem titulo. & Riminald. in l. si duo patroni. §. si cum de hæreditate. numero primo ff. de iure iurando. vbi inquit notandum ex eo text. iuramentum sententiæ vim habere, & ideo executionem paratam habere: Et ideo ibidem interfert Riminald. quod quemadmodum sententia lata in petitione hæreditatis prodest etiā quo ad res, quæ superueniunt post ipsam sententiam, ita etiam de iuramento dicendum sit, ut habetur in l. 4. & in l. licet minimam. ff. de petitio. hæredit. Praeterea idem Iohannes Maria Riminald. in l. eum qui. §. si iurauer. numero 3. ff. de iure iurana. post Bart. Raphael. & Casren. iuramentum sententiæ æquiparari in eo attestatur, & asserit: vt sicut sententia tollit omnes exceptiones peremptorias, siue sciat, siue ignoret, qui illas proponit. ita etiam & iuramentum. Item quod iuramentum & sententia æquiparentur, dixerunt idem Albe. de Rosate in d. l. sed si possessori, numero octavo. ff. de iure iurando. & Alexan. in l. miles. §. iudicari, numero 8. versiculo. attento. ff. de re iudicata. Et idem voluit

voluit Ias. in l. iufurandum, num. 5. & 13. ff. de iurei-
 ran. & inde inferendo, quod t̄ sicut sententia con-
 demnatus tempus quadri me estre ad soluendum ha-
 ber. l. 2. vbi Bart. C. de executio. rei iudic. Ita etiam ille
 contra quem iuramentum interpositum est, vt di-
 xit Bal. in l. actori, per illum tex. in versicu. ad similitudi-
 nem. C. eodem. & illum tex. alibi non esse attestatur. Et
 hoc sequitur Alexan. in d. l. iufurandum, limitans v-
 trunque, iuxta ea quae dixit gloss. in l. fideicomisi, in
 principio. in gloss. 1. magna, in fine. ff. de vsur. vt illud sci-
 licet procedat, & locum habeat, vbi quis in actio-
 nibus personalibus: secus vero in realib. propter-
 ea quod tunc si facultatem habet, statim restitu-
 re tenetur. Præterea, quod sententia & iuramen-
 tum æquiparentur tenet Guiliel. Benedict. in capit.
 Rainutius, versic. si absg. filii moreretur, il seconde, num.
 130. extra de testamen. Et Socin. in l. ait Prætor. §. item si
 iurauero, nume. 2. ff. de iurei. inde inferendo, vt quē-
 admodum verba iuramenti impropriantur, vt sen-
 tentia iudicantis sustineatur: ita igitur sententia &
 iuramentum æqui parantur, vt quemadmodum ad
 factum condemnatus ad illud præcise tenetur, nec
 liberatur soluendo interesse, vt inquit glo. in l. quod
 restituetur, versiculo, condemnandus. ff. de rei vendica. &
 tradit Ias. in §. actionum, numero 48. Institut. de action.
 9. Et t̄ condemnatus soluere, præcise soluere tene-
 tur, id est numerare, cum tunc pecunia proprie-
 soluta dicatur, si actualiter numerata sit. l. si solutam. ff.
 de solutio. & tradit Ias. in consilio nono. volumine primo.
 10. Pariter etiam t̄ debitum iuratum compensatio-
 nem non admittit cum eo, quod iuratum non est,
 vt suo loco dicetur, & est magis communis Cano-
 nistarum conclusio, & est text. in capit. ad nostram,
 extra de iureiurand. & tradit Ias. in l. eum qui. §. si iura-
 uero, nume. secundo, ff. de iureiurand. & late Tiraquell. in
 tractatu de vtroqueretra. in versiculo Pauer. §. 3. gloss. 3.
 numero sexto, & in tractatu de legibus connubial. versic.
 epres. gloss. 5. numero 182. & Alexand. in consilio 37. nu-
 mero 23. & Ias. in consilio 9. numero decimo, volumine
 primo. & Abbas in capit. veniens, extra de iureiurand. &
 Bald. in l. generaliter, columna secunda. Cod. de episcop. &
 clerit. & Neuisan. in consilio 62. numero 26. & Roland. à
 Valle in consilio sexto, numero trigesimo secundo. & Pa-
 ris. in consilio 121. numero 39. volumine primo. & Crot.
 in cons. 139. nume. 6. & Aret. in cons. 99. & Mathefil. in
 singul. 36. nume. 15. & Corset. in tractat. de iureiurand.
 quast. 8. & Cremen. in singul. 117. & Vinius in tractatu
 commun. opinio. in versiculo compensatio. & Bapt. à Vil-
 lalobos Toletanus in versic. compensatio. & Abbas in cap.
 cum inter, numero 24. extra de excess. prelat. & Hieron.
 Gigas in tractat. de pension. quastio. 92. num. secundo. &
 August. Berou in cap. primo, numero 65. extra de vsur. &
 Afflict. in decision. 381. & Cephal. in consilio 47. numero
 50. volumine primo, & Tinda in tractat. de compensati.
 art. 7. num. 14. & Min sing. in §. in bona fidei, num. 15. In-
 stitut. de action. & refert Sebast. Medices in tract. de com-
 pens. quast. 25.

Etsi contrariami opinionem tenuerit Bar. in leg.
 amplius. ff. rem ratam habe. & Angel. Paul. & Fulg. ibi-
 dem, & Ioh. Fab. in §. in bona fidei, num. 4. Institut. de a-
 ction. & Alexan. in consil. 12. volum. 2. & Barbat. in con-
 sil. 43. colu. 10. volum. 2. & Petrus de Anchiarano in c. sta-
 tutum. §. si quidam, de rescript. lib. 6. & Roman. in l. eum
 qui. §. primo. ff. de iureiura. & Capel. Tholos. in decis. 139.
 & Afflict. in decis. 121. nume. 4. & Imola in l. secunda. §.
 pen. ff. de donatio. & Tindar. in d. tract. de compensat. art.

7. num. 13. & Capic. in decisio. 167. & Alciat. in consilio
 393. numero 3. & Ias. in d. §. in bona fidei, numero 85. In-
 fit. de actio. & habetur in decis. 1. Pedemon. numero 27.
 & Grat. in consil. 121. num. 12. volumine 1. Præterea
 quod iuramentum & sententia comparentur, vo-
 luit Thom. Grammat. in consil. 55. numero 8. Et ideo
 infert, t̄ quod delatum inter aliquos aliis nec pro-
 dest, nec obest. l. 3. ff. de iureiurand. & l. 1. Cod. si muli.
 ventr. nom. in possess. mittat. prout etiam sententia in-
 ter duos lata aliis non præjudicat. l. s̄ape. ff. de rei iudic.
 Vnde quoque est, vt Paul. Castren. in l. nam & post-
 ea. §. iufurandum, numero 3. ff. de iureiurand. dixerit, t̄ 12.
 iuramentum vim iudicij habere. l. qui iuramenti. ff.
 de iureiur. & id tam de iudiciali quam extrajudiciali
 iuramento intelligendum esse: nam utrumque vim
 iudicij habet: & si aliter de necessario, quod à iudi-
 ce defertur, dicendum sit, cum hoc actionem vel
 exceptionem non producat, ex quo partis consen-
 sum non habet, vt notatur in eadem l. nam & post-
 ea. §. si petitor. Præterea quod iuramentum habe-
 at vim iudicij, tenet etiam Rola. à Valle in consil. 19.
 nume. 32. volumine primo. per text. in d. l. nam & postea.
 §. si is qui pro temporali. ff. de iureiurand. Et ideo infert,
 quod sicut ex stipulatione t̄ iudiciali utilis actio si-
 ne cessione acquiritur. l. in causa §. fin. ff. de procur. ita
 etiam ex stipulatione iurata acquiritur, vt voluit I-
 mola in c. cum contingat, car. 9. extra de iureiurand. vbi
 tradit late Butri & Felynus in proœm. Decreta. in gloss.
 in versiculo, seruus. & Bertran. in consilio 95. col. 2. vol.
 2. & Rubeus Alexandrinus in consilio 73. colum terria.
 & in consilio 117. colum. 3. in fine. Itidem, quod iura-
 mentum & sententia æquiparentur pariter firma-
 uit Aymon Crauetta in tractatu de antiquit. tempor.
 parie prima, numero 53. Rufus idem Roland. à Valle
 in consilio 62. numero 7. volum. 2. inferendo, quod
 iuramentum vi in iudicij habeat. d. l. qui recusare,
 in fine. ff. de iur. iurand. vult, quod sicut pactum in iu-
 dicio factum de non alienando, alienationem im-
 pedit: ita & iuramentum impedit: Quod tamen
 limitat dicendo non procedere, & argumentum
 locum non habere, vt dixit Bal. in l. fin. Cod. de pact.
 inter empto. & vendito. nisi pactum prædictum in iu-
 dicio factum sit de non alienando, & iudex suam
 autoritatem interponat, decernens irritum & in-
 ane quicquid contra factum fuerit: Nam tunc a-
 lienatio impeditur, alias vero nequaquam. Hoc di-
 catum Bald. sequitur Opizonus in l. filius familias. §.
 Diui, num. 155. versic. limitatur etiam septimo. ff. de leg.
 & Crotus numero 91. & Loa. numero 163. cum sequent.
 Ratio autem est: quia cum iudex huic pacto de non
 alienando, auctoritatem suam interposuerit, cen-
 setur ipse prohibuisse, argument. l. 1. §. omnia. C. de ve-
 teri iure enuclean. t̄ Et ideo huiusmodi prohibitus 14
 translationem dominii impedit. l. si sciens. ff. de con-
 trahen. empt. Verū hac de re loquens Ioa. Ant. Rub.
 Alex. in consil. 146. n. 6. licet dicat q̄ ex quo iuramen-
 tum iudicij vim habet d. l. qui accusare, iu. fi. ff. de iure-
 iur. & pactū de non alienando aliquod ius in iudi-
 cio initum illius iuris dominii translationē im-
 pedit, vt dixit Bald. in d. l. fi. Attamen ipse contrarium
 firmat, per quā ipse ibi latius deducit. Confirmatur
 præterea præcedens conclusio, quod sententia
 & iuramentum æquiparetur, ex iis, quae dixit Curt.
 in l. pacta nouissima, num. 2. C. de pact. dum vult, t̄ iu-
 ramentum vim rei iudicata habere, si sit litis deci-
 siuum. Habetur etiam in decision. Pedemon. 92.
 num. 17.

num. 17. quod iuramentum & res iudicata æquiparentur. dicta l. post rem iudicatam. ff. de re iudic. & l. 2. & l. admor. endi. in fin. ff. de iure iuran. & vbi que Bart. & Dott. Et quemadmodum sententia iurantem obligat præcile ad factum, & habet executionem paratam, vt etiam paulo infra dicetur: ita & sententia, & contra, vt dixit Ias. late post Bart. in d. l. 2. ff. de iure iuran. & in §. item si quis postulante, num. 2. & 3. & §. a. 87. & Gomes in d. §. item si quis postulante, num. 2. Institut. de action. Item quod habeat vim rei iudicata tradit etiam Corn. in d. l. nam & postea. §. si quis. num. 3 ff. de iure iuran. Vnde dixit Anton. Anguscio. iuramentum decisorum esse illud, quod sententiae æquiparatur; & ideo infert, quod sicut actio iudicati ex sententia pro procuratore acquiritur domino. l. si procurator. ff. de procur. Pariter etiam quod in factum actio acquiratur, quæ à iuramento oritur. l. actori. C. de reb. cred. Item Ang. de Vbald. senior in consil. 12. num. 18. in l. vol. consil. crim. divers. inquit iuramentum non haberi loco solius probationis, sed etiam sententiae. Et ideo mirum non esse, si contrarium probari non potest, propterea quod post latam sententiam appellatione non suspensam probationes fieri non possunt, vt habetur in auth. qui semel. Item quod sententias & iuramentum parificantur, Iodochus in Enchirid. parium, aut similiūm iuris, in versic. sententia, iuramentum, per text. in d. l. actori. C. de reb. credit. & Specul. lib. 2. part. 4. in tit. de refit. in integ. Nam quemadmodum sententia iudicis, quem ad obedientiam iudicatis compellit, ita & iuramentum iurantem ad ea præstandaque iuravit adstringit: ita vt post præstitum iuramentum contra illum, qui ius habere posset, non secus ac si contra ipsum sententia lata esset compellatur, vt inquit Zasius in l. ait prætor, la 2. §. si damnetur. ff. de iure iuran. Item Bart. Blare. in l. diffamari, cap. 11. num. 38. ff. de ingen. manu per text. in l. 1. in fin. ff. quar. rer. actio non dat. & in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iure iur. vt sententia iuramento comparetur, voluerunt: id quod tenuit etiam Decius in consil. 682. num. 6. Et Tindarus in tract. de refit. in c. 4. an stet. tur dicto testium, num. 1. pariter voluit, vt illud quod dicitur iuramentum sententiae æquiparari & vim iudicati habet, in iuramento conuentionali locum habere & ex conuentione litigantium delato, per text. in l. 1. ff. de iure iur. & in l. insurandum, quod ex conuentione eod. tit. ac etiā in iuramento judiciali, quod defertur à parte parti, iudice approbante, vt habetur in d. l. 1. in fin. Et ideo aliter esse, si quis illud nemine deferente iuret, propterea quod tunc iurans, sibi ipsi iurare videtur, nec potest quo ad alios effectū suum producere, vt habetur in d. l. 2. §. 1. ff. de iure iur. Rursus Nattā in consil. 429. num. 15. vol. 2. inquit iuramentum vim decreti habere, ita vt alienationem impedit, vt ipse ibidem latius prosequitur, & idem voluit Paul. Castrēns. in d. l. insurandum, num. 7 ff. de iure iuran. inquiens sententiam, transactionem & insurandum, sevt excedentia & excessa habere, vt dixit etiam Alberic. de Rosate in l. hoc edicto, num. 2. ff. de public. & rectigal.

¹⁶ Quinimo dicunt Doct. vt iuramentum maioris autoritatis esse quam sententiam, vt dixit Alber. de Rosate in d. l. hoc edicto, num. 2. ff. de public. & rectigal. Et id voluit etiam Ias. in l. Imperatores, num. 4. ff. de iudic. dum inquit iuramentum non solum æquiparari sententiae, sed etiam maiorem authori-

tatem tribuere quam res iudicata, per text. in dicta l. 2. vbi gloss. declarat, ff. de re iudic. Et habetur in decisione Pedemontana supranum. 5. vbi prædicta intellegit de iuramento delato & præstito vel recusato, aut renusso, per text. in l. 3. & l. non erit, §. sin. cum l. sequenti. ff. de iure iuran. & in l. 1. & in l. actori, & l. sequenti. & in l. generaliter, in princip. §. sed iuramento, C. derebus credit. vbi latius habetur. Et Francisc. Nicnit. in cap. quoniam contra, in versic. glossa ista prima, num. 132. pariter dicit iuramentum habere maiorem autoritatem quam rem iudicatam vel saltem æqualem, vt dixit Socin. in l. iusurandum, in fin. ff. de iure iuran. & Bart. in d. l. 2. in fin. eodem tit. & Ias. in l. 1. §. si quis ita, col. fin. in fin. ff. de verborum obligationib. & rursus idem Ias. in l. ait prætor, la prima, col. 3. & num. 15. ff. de iure iuran. & iterum Ias. in l. non erit, §. dato. ff. eodem tit. quem legit cum l. ait prætor, §. iurari, col. 1. & 6. eodem tit. & Ias. in dicta l. nam & postea. §. si quis temporali, col. fin. ff. eodem tit. & iterum Ias. in dicta l. nam & postea, §. si prætor, col. 2. & 9. ff. eodem tit. & Ias. in l. iusurandum, col. 2. num. 7. ff. eodem tit. & iterum Ias. in l. iurisurandi, in fin. ff. eodem tit. vbi adducit text. in l. 1. ff. quar. rer. actio non detur. & in dicta l. post rem, ff. de re iudic. & rursus Ias. in l. eum qui. §. si iurauero, col. penult. num. 8. ff. eodem tit. & in §. similiter, in fin. in ea- dem l. & iterum Ias. in l. Julianus. col. 15. num. 24. ff. de condit. indebiti.

Ad hoc tamen adnotandum est illud, quod dicit Ronchagal. olim in Pisano gymnasio concurrens meus, in l. 2. num. 84. ff. de duobus reis, quem titulum simul & eodem tempore, cum ad extraordinariam lectionem essemus, tertio meæ conductionis anno deputato, & sic tertio Pisani studii anno, dum voluit, † quod licet iuramentum iudicij similitu-¹⁷ dinem habeat, ob id tamen vt consequatur, neceſſe non esse, vt iudicium intelligatur, vbi sit simplex litis contestatio. Nam si de sola contestatione intelligamus illud dictum, ob id tamen omnimodam æquiparationem admittendam non esse, & præser- tim quo ad peremptionem debiti in persona omniū reorum. Et idem Menochius in tit. de arbit. iudic. lib. 1. quæst. 50. num. 3. inquit magnam esse iuramenti vim cum maior sit re iudicata, d. l. 2. ff. de iure iuran. & d. l. 1. ff. quar. rer. actio. non detur.

Præterea quod iuramentum maiorem vim ha- beat, quam res iudicata, voluit Corn. in d. l. iusurandum, num. 4. ff. de iure iuran. Et id inquit apparere, quia ultra iudicis autoritatem, quæ non solum concurrit in re iudicata, sed etiam in iuramento delato à parte parti, & à iudice approbato, habet etiam consensum partium, vt dixit gloss. in d. l. iusurandum, in verbo, maiorem. Id quod in re iudicata non accidit: sententiam namque etiam in inuitum fertur, l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verbor. obligationib. Et si pars condemnata non appellans quando po- test consentire intelligatur, l. 1. C. si sapient. in integr. restitut. & l. ab eo. C. quomodo & quando iud. & habetur in l. Julianus ff. de iure iuran. Subdit tamen Corn. eo- dem in loco, hanc gloss. prædictæ rationem non pro- cedere in iuramento voluntario extra judiciali, & ideo in eo aliam rationē assignari posse, quæ est, q ab eo non appelleretur, vt dixit gloss. magna in fin. in d. l. iusurandum, & voluit Bald. & sequuntur Doct. in d. l. iusurandum, & tradit Innocet. in cap. fin. extra quod- met. causa. Quapropter ibidem subdit Corn. num. 5. † quo ad aliquid æquiparari, & quo ad aliquid iura-¹⁸ mentum

mentum sententiam excedere ac transactionem, & quo ad aliquid ab ea iuramentum excedi. Vtrum ultra prædicta, quod iuramentum habet maiorem vim quam sententia, teneret etiam Angel. in d. *iurandum*, num. 1. ff. de *iureiuran.* Et subdit in eo iurandum differre à transactione, quia iuratur etiam nullo dato vel retento, tractatio vero ita non fit. Præterea in eo etiam differt à sententia, quia iuratur omni iuris ordine prætermisso, sententia aurem non ita fertur.

Vltra prædicta, quod iuramentum maiorem vim habeat quam res iudicata, dixit Ioan. Igneus in l. *necessarios*, §. non alias, num. 222. ff. ad *senatus consult.* *Sillianian.* & præsertim in causis, in quibus iudex ad absoluendum prænior esse debet, l. *adulter.* §. *nupta.* ff. ad *legem Iuliam de adulter.* & *vulgatal.* *Arrianus.* ff. de *action.* & *obligat.* Et ideo dixit Paul. *Castrensi.* in l. *duabus reis.* §. item *Pomponius*, num. 3. ff. de *iureiuran.* iuramentum † contra iuramentum subsistere, licet sententia contra sententiam non subsistat. l. 1. C. quando prouocar. non est necesse. Vnde Alberic. de *Rosate* in d. l. nam & postea, num. 5. versic. si *damnetur.* ff. de *iureiuran.* reddendo rationem, quare iuramentum tollat iuramentum, sententia vero nequam, dicit iuramentum & transactionem à consensu procedere. l. *Stichum.* §. *naturalis.* ff. *desolut.* Et ideo mirum non esse, si à contratio consensu tollantur, l. *nihil tam naturale.* ff. de *reg.iur.* & l. *pacta non uisimia.* C. *de pact.* Et ideo cum sententia à rigore iuris procedat, & contra inuitum feratur: merito ita facile tolli non solet. Secunda vero ratio est, quia sententia ad aliam sententiam non se ita refert ut præcedentia ad subsequentia, seu ut ipse dicit præambulum accessorium, & ideo si una aliam non tollit, mirum non est, argumento l. si duo rei. ff. de *solution.* Iuramentum autem cum sit quoddam præambulum ad sententiam, seu quid præcedens, cum dato iuramento illud tantum supersit, vt sententia proferatur. d. l. *iurandum.* §. 1. ff. de *iureiuran.* Merito mirum non est, si sententia lata contra iuramentum, illud non tollit, argumento l. *generaliter.* ff. *defideiſſor.* & l. si *reus, eod. tit.* Et licet iudicium reddatur in inuitum, attamen quando de iuramento non opponitur, cum opponi posset, nec à sententia fuerit appellatum, videtur quis proprio consensu à iuramento recedere. l. is, qui ad *civiliz.* C. de *appellat.* & l. ab eo. C. *quomodo* & quando *index.* & l. 1. C. si *sepius in integrum restit. petat.* Hanc præterea opinionem sequitur Tiraquell. in l. si *vnquam*, in versic. *donatione largitus,* num. 104. C. de *reuoçan. donation.* & Decius in *confil.* 682. num. 6.

C A P. CII.

A R G V M E N T U M.

De parata executione iuramenti.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum habet executionem paratam, prout & sententia.
- 2 Iuramentum & confessio equiparantur.

EA igitur est iuramenti vis, & adeo sententiae æquiparatur, † vt executionem paratam habeat, vt & sententia, vt voluit late Tiraquellus in d. l. si *vnquam*, versic. *donatione largitus*, num. 104. C. de

reuoçan. donation. l. sed & si possessori, §. fin. & ibi Bart. Salycer. Angel. Fulgos. Roman. & Alexan. ff. de *iureiuran.* & l. post rem, vbi notat etiam Bart. & alii, ff. de *iudic.* & rursus Bart. Fulgos. Paul. Castrensi. Alexand. & alii, in d. l. 2. ff. de *iureiuran.* & iterum Bald. in l. 1. col. 1. C. de *execution. rei iudic.* & Matthesian. in sing. 2 c. Nota bonam practicam. & Barbat. in l. 1. §. si quis ita, col. 13. versic. & primo, quia Bart. ff. de verborum obligat. cum aliis multis concordantibus, quos refert Iaf. in d. l. 2. & in dicto confil. 9. circa *primum dubium*, in princ. volum. 1. & Antonius Corset. in rubr. extra de *iureiuran.* in 10. priuileg. & Hippolit. Marsil. in singul. 356. Iuramentum est maxima. Et Guiliel. Benedict. in cap. Raynutius. in verbo, testamentum, il 3. num. 33. extra de *testam.* & iterum tradit Marsil. in sing. 366. iuramentum. Et de iuramento præstito coram Iudice tradit Imola in cap. ad *reprimendam*, num. 7. extra de *offic. iudic. ordin.* Præterea quod iuramentum vii sententia executionem paratam habeat, Iaf. ultra prædicta, in §. item si quis, num. 87. cum sequenti, *Institut. de action.* Vbi querendo, an iuramentum vii sententia executionem paratam habeat: inquit Bart. in d. l. 2. in fin. firmare, quod habeat, per text. in d. l. post rem iudicatam. ff. de *re iudic.* Vnde eodem in loco inquit Bartolus ibi inferre, quod si in fine instrumenti confecti de aliquo contractu, illa clausula apponatur, & quia de prædictis posset in futurum dubitari, ex nunc dictus promisor detulit ipsi stipulatori iuramentum: qui stipulator statim sibi delato iuramento si recipere debebe iurauerit, vtputa quia mille promissa ex causa mutui, vtique tale instrumentum etiam de iure communi executioni mandari debet, & paratam executionem habere dicitur vi ipsius iuramenti. Imo subdit ibidem Bart. mirari, quod consuetudo hunc modum & hanc cautelam non repererit. Aret. vero in d. §. item si quis, dicit quod quamvis omnes Doctores sequantur Bart. ipse tamen inquit de hoc dubitare ob id quod iudicis authoritas delationem iuramenti comprobantis non interuenit, iuxta text. in l. si quis *iurandum.* C. de *rebus credit.* Subdit tamen dictum Bart. sublistere posse, si addatur verbis Bart. quod notarius, qui dictum instrumentum confecit ipsam iuramenti delationem & eius acceptationem, qui est t. inquam iudex cartularius, de quo mentionem facit gloss. secunda, in l. 1. & ibi Doctores, ff. de *re iudic.* Ut ipse igitur arbitratur approbatio & confirmatio dicti Notarii rogati de dicto instrumento, non sectis operabitur ac si dictum iuramentum delatum fuisset in iudicio coram iudice, & ita secundum eum notat Bartolus in l. *posseſſio quoque.* §. & si *posseſſio.* ff. de *acquiren. possess.* & in l. non fatetur. §. fin. ff. de *confess.* & in l. *error.* C. de *iur.* & *faciſſignor.* Iaf. autem in d. §. si quis ita, eodem in loco inuechitur contra Angel. ex eo quod presupponat, ad hoc vt iuramentum paratam executionem habeat, vt iudicis authoritas dicta delationem comprobantis interueniat oportere, & id nullibi probetur aut reperiatur, propterea quod illa lex, quam adducit Angel. si quis *iurandum*, nihil facit. Subdit tamen Iaf. ultra Angel. confirmingo eius conclusionem moueri ex iis, quæ dixit Bald. in l. 1. C. de *rebus credit.* dum referendo dictum hoc Bart. dicit hanc esse singularem doctrinam, quam tamen deinde reprehendit. Subdit præterea Iaf. in d. l. post rem iudicatam. ff. de *re iudic.* referre Bald. in l. supra relata tenere contra Bart. & eum declarare, & inquit

quit ea ratione moueri, quod iuramentum executionem non habeat, nisi quando dubium decisum est, de quo loquitur totus titulus de iureiurando. Verum eum in casu, de quo agitur, tempore contractus dubium aliquod ortum non esset: merito tale iuramentum litis decisum dici non potest, propterea quod nisi orto dubio dici non potest, & ideo ut executionē paratam non habeat, consequēs necessarium est. Oportet igitur, ut voluit Bart. ut huīsmodi iuramentum secuto facto deferatur, ut executionem paratam habeat. Subdit tamen magis opinioni Bart. adhærere, & idem quoq; dicit Paul. Cast. in d.l.nā & postea, §. fin. ff. de iureiur. Subdit præterea existimare ad hoc ut iuramentum paratā executionem habeat, duorum alterū interuenire debet, videlicet quod aut iuramentum sit litis decisum, vel debitum contineat, quod cuiquam vere debeatur: sed sic est, quod antequam contractus à partibus absolutus sit: Nam tunc vere dicitur perfectus, & sic perfecto videquaq; instrumēto, ut habetur in l. contractus. C. de fide instr. Alioquin nihil debetur, nec absolutio orta est: quo sit ut iuramentū de debito non sit, & ideo executionē paratam non habeat. Pariter etiam de litis decisum non est, & ideo ex quo tale iuramentū non est verum, nec litis decisum executionem paratam non habet. Et ideo subdit ibid. Bal. quod vbi seorsum absoluto iam contractu iuraretur, Bart. opinio procederet, & iuramentum executionem paratam habebit. Hoc tamen Bal. fundamentū quomodo cunq; intellectum & declaratum reprobavit Ias. Et in primis, dum dicebat Bald. in prima argumenti parte, ad hoc ut iuramentū executionem paratam habeat, oportere vel quod sit litis decisum, dicit Ias. legem nō inuenire, quæ ita restringat: Imo inquit si oporteret, ut iuramentū ad hoc ut haberet executionem paratam esset litis decisum illud consequeretur, ut etiam si iuramentum seorsum absoluto iam contractu, ex quo tunc non esset litis decisum, executionem paratam non haberet, & tamen contrarium ipse tenet, & si posset fortasse dici, quod licet tunc litis decisum non sit, est tamen super debito prolatum, ut paulo infra decidit. Et ideo subdit quod relinquendo superflua, aliter responderi potest hoc modo. Posito enim, inquit ipse, quod ad hoc ut iuramentum habeat executionem paratam, ut sit litis decisum opus sit, quod non videtur in casu nostro. Dicit tamen quod licet de præsenti non sit, quia tamen in futorum lis subesse potest, ut talium iuramento decidi sufficiat, & id inquit concludenti simili comprobari hoc modo. Transactio debet esse de re dubia & lite incerta, l. 1. ff. de transaction. attamen si lis subesse possit satis est, ut est tex. notabilis in d.l. post rem iudicatam, versic. quia adhuc lis subesse posse, ff. de transaction. & est etiam text. notabilis, in l. 2. versic. & si nullus fuerit quaestio: attamen propter timorem litis, C. de transaction. Ergo ita in casu nostro dici posse videtur. Pariter, subdit ibidem Ias. secundam partem Bald. argumenti supra telati non obstat, dum dicebat oportere, ut iuramentum sit de eo, quod vere deberet: Nam hoc quoque falsum esse arbitratur, cum iuramento non queratur, an sit debitum, nec ne, ut est tex. in dicto §. item si quis. Institut. de action. cum similib. Et ideo inquit ex prædictis liquido apparere, Bald. contra Bar. fundatum non subfistere. Item quod sit communis opi-

nio, ut iuramentum habeat executionem paratam de iure communi, & ideo libellus non requiratur, tenuit Bart. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiuran. & Fulgos. & communiter recentiores in dicta l. 2. in fin. de iureiuran. & Paulus Castren. in dicta l. nam & postea, §. si pretor, ff. de iureiuran. Nec prædictæ conclusioni obstat, subdit Ias. in d. consil. 9. num. 1. vol. 1. quod quando iuramentum interpolatur super compromiso vel laudo, & sic in casu dictæ legis si quis maior, requiratur sententia iudicis declaratoria: & ideo libellus necessarius sit, ut firmat Bald. in dicta l. si quis maior, C. de transaction. & dixerunt Archidiac. & Ioan. Andr. de homicid. in 6. nouella, volentium in omnibus legibus, in quibus pœna imponitur ipso iure vel facto requiratur sententia declaratoria, ut videtur text. in cap. cum secundum, vbi notatur, de heretic. in 6. & tradidit Bald. in cap. 1. de feudo sine culpa non amitten. & in authent. qui semel, col. 1. C. quomodo, & quando iudex. & in authent. hoc amplius, col. 1. C. de fide commiss. Et ideo si requiriatur sententia declaratoria, requiritur pariter & causæ cognitione, & ex consequenti libellus. Quia ad hoc responderetur, ut respondit in eisdem terminis Roman. in l. sed & si possessori, §. fin. ff. de iureiuran. quod licet requiratur sententia declaratoria, quæ ipsum in pœnas legis incidisse declareret, ob id tamen causæ cognitione non requiri, & cū lex ipso iure & facto pœnam imponat. Et quod hoc sit verum, ex eo manifeste apparet, quod iuramentum † & confessio æquiparantur, l. qui iurasse, in fin. ff. de iureiuran. & tradit Bart. in d.l. nam & postea, §. fin. eodem tit. Sed sic est quod in confessum nullæ sunt partes judicis in cognoscendo, l. proinde, §. notandum. ff. ad legem Aquil. Ergo idem & de iuramento dicendum est; & ita in his terminis inquit Ias. concludere Ludouic. Roman. in d.l. sed & si possessori, §. fin. Et ita concludit iuramentum de iure communi executionem paratam habere, & ex consequenti, quod libello opus non sit. Confirmat hanc conclusionem, quod iuramentum habeat executionem paratam, idem Ias. in dicta l. nulli, num. 8. C. de iudic. & iterum Ias. in l. ius iurandum, num. 14. ff. de iureiuran. & ita existimat habere, ut nulla alia probatio requiratur. Item hanc conclusionem sequitur Angel. Aret. in dicto §. item si quis, num. 5. Institut. de action. Marinus Freccia in tractatu de presentation. instrumen. in parte 12. num. 6. & Curtius iunior in l. 2. num. 7. ff. de iureiuran. Stantibus his Bar. in l. eum qui ita, §. qui ita, prope finem, ff. de verborum obligat. ut inquit Card. Albens. in l. si duo patroni, §. si quis iurauerit, num. 8. ff. de iureiuran. quæsivit, an executioni petitæ exceptio pretii non soluti obici possit & dixit non posse. Verum, inquit Cardin. Albens. contrarium voluit Bald. in l. peremptorias, C. sentent. rescindi non posse. & cum eo tenere Castren. & Fulgos. in l. filia, C. de collat. vbi etiam Alexand. & hanc sententiam contra Bart. communem esse attestatur Alex. in l. si duo patroni, §. si quis iurauerit. ff. de iureiuran. cum clarum sit, factam fuisse emptiōnem, sed liquidum non est pretium esse solutum & ideo liquidū ad non liquidum compēsationem admittēdam non esse. Opinionem tamen Bart. in d. §. si quis iurauerit, sequitur Ias. in d. §. item si quis postulat, col. 19. versic. & circa istud, Institut. de action. vbia lias afferit authoritates, & in §. actionum, col. 25. ante verb. videantur, Institut. eodem tit.

C A P. CIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

I Soluere debet infra quadrimestre ille, contra quem iuratum est, prout ille qui sententia est condemnatus.

O Mittendum etiam non est, quatenus dixit Alex. in d. l. iuriur. andum, num. 11. quod Bald. ibi, & in l. actori, C. de iure iur. in versic. ad similitudinem iudicati existimat, vult † ut ille contra quem iuratum est, quadrimestre ad soluendum habeat quemadmodum & ille qui per sententiam condemnatus est. Sed de hoc iuris etiam quædam diximus.

C A P. CIV.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

Iuramentum compensationem impedit.

R Edeundo ad ea, quæ proponimus, videamus quæ nam si ea, quibus iuramentum aliquid iuri communi addat: & sciendum est, † iuramentum compensationem impedire, & ideo si tutor cum iuramento bona in inventario contenta restituere promittit, ex quo præcise ad restitutionem tenetur, cum obliget iuramentum præcise ad factum, vt infra suo loco latius dicetur, & dixit Abbas in c. veniens, extra de iure iur. debet tutor prius res ipsas restituere, & deinde creditum suum petere, vt in eisdem terminis tutorum inquit Nigolafatius in suo tract. de pignor. in 5. parte, 5. memb. num. 15. & Afflict. in decis. 81. Quædam Hippolita. & Augustinus Berouius in consil. 14. num. 8. & sequentii, & Roland. à Valle in consil. 6. num. 32. vol. 1. & faciunt ea, quæ habentur in decisione Pedemont. 92. & Franciscus Varletus, & Antonius à Leutis in consil. 18. num. 39. in 2. vol. consil. crimin. diuersor. dum inquit, eum qui iuravit soluere, compensare non posse, sed prius soluere debere, & deinde quicquid sibi debetur petere. Præterea hanc conclusionem sequitur Alex. in consil. 91. num. 5. vol. 2. inquiens, vbi quis iuravit soluere compensationis exceptionem opponere nō posse summae aliquius vel debiti, sed præcise soluere debere, vt est tex. secundum unam lectionem communiter ibi approbatam ab omnibus Doctoribus in cap. ad nostram, il. extra de iure iur. Item hanc conclusionem sequitur Ias. in consil. 134. num. 1. vol. 4. inquiens eum qui iuravit soluere & actualiter numerare florenos aucteos, nullius summæ vel debiti compensationis exceptionem opponere posse: imo vt præcise soluat vti iuravit, oportere. d. cap. ad nostram. Vbi fructus percepti ex re pignorata, & si ipso iure in sortem compensentur. l. i. & 2. C. de pignor. action. Attamen ex quo ibi debitor soluere iuravit, nulla compensatione admitti potest, vt per illutum text. tenet contra Bart. Matthesil. in singul. 55. & si mulier. & voluit etiam Imola in d. cap. ad nostram, & in l. Julianus ait. alias incipit, si heredi. ff. de condit. & demonstrat. & ibi latius tradit Ias. Præterea hanc opinionem sequitur Ioan. Neuiz. in consil. 62. num. 26. & 27. per ea, qua dicit Ias. in l. eum, qui. §. 1. ff. de iure iur. & Socin. in l.

apud Julianum, col. penult. ff. de condit. & demonstrat. & tradit Felin. in d. c. ad nostram, il 1. col. 4. extra de iure ur. & rursus Alex. in consil. 61. in fin. vol. 5. Et licet in hoc articulo, vt inquit Sebas. Medices in suo tract. compensation. par. 1. q. 25. num. 1. cum sequentib. in hoc articulo duæ sit communes opinione: vna scilicet Legistarum, alia Canonistarum: illa tamen Canonistarum magis communiter recepta est, vt scilicet iuramentum compensationem reiciat, & eam ultra predictos sequitur iterum Ias. in l. eum qui. §. si iurauero, num. 2. ff. de iure iuri. & Tiraq. in tract. de vitroq. retract. ver. a payer. §. 3. gl. 3. num. 6. & in tract. de legib. conubial. ver. epres. gl. 5. num. 182. & Alex. in consil. 37. num. 23. vol. 5. & Ias. iterum in consil. 9. num. 10. vol. 1. & Abbas in c. veniens, extra de iure iuri. & Bald. in l. generaliter, col. 2. C. de episcop. & cler. & Paris. in consil. 121. num. 39. vol. & Corn. in consil. 139. num. 6. & Aret. in consil. 99. & iterum Matthesil. in sing. 36. nu. 15. & Corset. in tract. de iure iuri. q. 8. & Cremen in sing. 117. & Viuius in tract. commun. opinion. in verbo, compensatio. & Baptista Villalobos in ver. compensatio. & Abbas in c. cum inter. num. 24. extra de except. & Hieron. Gigas in tract. de pension. quest. 92. num. 2. & Aug. Berou in c. 1. num. 65. extra de usur. & Afflict. in decis. 81. & Cephal. in consil. 47. nu. 50. vol. 1. & Tindar. in tract. de compensation. art. 6. num. 14. & Mynsfrigerius in §. in bone fidei, num. 15. & Bald. iterum in l. libertus, num. 3. ff. de in ius vocando. per text. in d. cap. debito.

Contrariam vero opinionem Legistarum tenet Bart. in l. amplius ff. rem rat. haberi, vbi Ang. Castr. & Fulg. & Ioan. Faber in §. in bona fidei, nu. 4. Inſt. de act. & Alex. in consil. 12. vol. 2. & iterum Bart. in consil. 43. col. 10. vol. 2. & Pet. Anch. in c. statu. §. si quidam, de rescrip. in 6. & Roman. in d. l. eum qui. §. 1. ff. de iure iuri. & habetur in decis. Capell. Tholosan. 139. & Afflict. in decis. 121. num. 4. & Imola in l. 2. §. penult ff. de donat. & Tindar. in d. tract. de compensat. art. 7. num. 13. & Capicius in decis. 167. & Aleiat. in consil. 395. num. 3. & Ias. in d. §. bona fidei, num. 85. Inſtitut. de action in decis. Pedemont. 1. num. 27. & Gratus in consil. 121. num. 12. vol. 1. Hæc autem opinio licet plures, vt vidimus, fautores habeat, præcedens tamen magis communis est, quando tamen hæc conclusio procederet, & sic admittetur compensatio, in totum ipsa compensatio facienda est, vt dixit Gozad. in consil. 69. num. 9. ita vt iurans soluere debitor non remaneat in villa re vel summa: quandoquidem si in aliquo debitor remaneret, & tempore iuramento comprehenso non soluisset in pœnam conventionalem & periutii incideret, vt dixit Bald. in rubr. ff. de contrahen. empt. in to. quest. Et Oldrad. in consil. 29. dixit quod empheteuta, qui soluit partem canonis, si totum non soluit, in tortum cadit à iure suo. Et idem dixit Alb. in authent. qui rem. C. de sacro sancti eccl. & Imola in cap. potuit, col. 38. extra de locato. vbi inquit, quod si quis piam promiserit centum, si partem solvat, tota pœna committitur, vt dixit etiam Salycer. in auth. perpetua. C. de sacro sancti eccl. & Caſtreñ. in l. executio. ne. §. pro parte. ff. de verb. oblig. Imo dixit etiam, quod si totum soluat, excepto tamen nummo, pariter in pœnam incidat; & facit illud, quod voluit gl. in l. res bona. ff. de contrahen. empt. quod dum ait, quod si res vendatur cum pacto, vt nisi statuta die pecunia soluat, res sit inempta; si unus tantum nummus ad integrum solutionem deficiat, res sit inempta. Hanc conclusionem sequitur Ias. in l. 2. C. de iure emphete.

emphyteut. asserens hanc esse communem opinionem, & rursus Ias. in dicta authent. qui rem, & Barbat. in consil. 36. vol. 2. Id quod comprobatur, quia ob iuramentum emphyteuta, qui soluere iurauit, si primo anno non soluat, non expectatur biennium, sed statim cadit in pœnam priuationis. & hanc conclusionem tenuerunt Alexand. in consil. 75. non puto, vol. 1. & Bald. in cap. querelam, extra de iure iurian. & Ias. in l. si quis maior. C. de transact.

C A P. C V.

Argumentum constat ex Summariis.

S V M M A R I V M.

I. *Iuramentum excludit exceptionem compensationis.*

¶ Rosequendo alia, t̄ iuramentum excludere exceptionem simulationis, vbiunque iuratur omnia & singula contenta in instrumento vera esse, dubium non videtur: quandoquidem tunc si obiiceret simulationem, contraferaret iuramento: at secus est, si quis forte simpliciter tantum iuraret non contrauenire. Hanc conclusionem sequitur Bart. in dicta l. fin. C. de non numer. pecun. & Butr. in cap. cum contingat, circa finem, extra de iure iurian. vbi tradit etiam Imola: & Vitalis in tract. clausular. in quæstione, An iuramentum validet contractum simulatum, num. 21. Præterea hanc conclusionem, quod iuramentum tollat exceptionem simulationis, firmat quidam incertus author in consil. 94. num. 6. in l. vol. consil. criminal. diuersor. Et eandem opinionem sequitur Parisius in consil. 58. num. 6. volum. 1. dum vult, iuramentum corporaliter præstitum, in quo facetur omnia & singula esse vera, prædictam simulationem tollere, & inquit ita communiter tenere Alexand. & Aret. & recentiores post antiquos, in l. nemo potest. ff. delegat. 1. Item hanc eandem opinionem tenuit Socinus senior in consil. 136. num. 11. volum. 1. dum inquit, quod ex quo pars aduersa in instrumento venditionis iurauit non solum prædicta feruare, sed omnia etiam vera esse, nullam simulationem allegare, nec deducere potest. Et ratio est, quia alioquin in periurium incidet, & ita inquit concludere Federic. de Senis in consil. 290. Et ideo refert ad hoc cantalam, vt scilicet ita iurans prius petat absolutionem à tali iuramento, ne in periurium incidat: & ita etiam dicit tenuisse Laurentium Rodulph. in tractatu de usur. quæstione 128. Præterea hanc opinionem tenuit etiam satis expresse Imola in dicto cap. cum contingat, vbi late examinat, extra de iure iurian. eandem quoque opinionem tenuerunt Bart. Bald. & Salycet. in dicta l. fin. C. de non numer. pecun. Et iterum eandem opinionem tenuit Imola in dicto cap. ad nostram, extra de empt. & vendit. Et subdit ibidem Socinus communem esse opinionem, & in ea nullam scribentium contradictionem, vel repugnantiam repetit. Præterea quod iuramentum reiiciat exceptionem non iusti pretii, tradit idem Bart. Socinus in consil. 48. num. 9. volum. 4. si prius vendor verum & iustum pretium fuisse, & deinde in fine instrumenti iuret omnia & singula vera esse. Dixit præterea Gozad. in consil. 69. num. 6. vbi adest iuramentum exceptionem, dolo facis petendo quod restituturus es, non obstat, vt habetur in cap. debitores, extra de iure iur. & tradit Bald.

in auth. ei, qui col. penult. C. de bonis author. iud. possid. Idem quoque videtur velle Neuiz. in consil. 50. num. 35. & Ias. in dicto §. item si quis postulante, col. 19. versic. & circa istud, Inſtit. de actio. vbi alios plures eandem opinionem sequentes refert, & in §. actionum, col. 25. ante verb. videantur, Inſtit. eodem tit. & Baldus in consil. 289. num. 3. vol. 5.

Contraria vero opinionem tenuit gloss. in l. 3. C. plus vale. quod agit. quam sequuti sunt Florian. & Pet. in dicto cap. ad nostram. Et ratio est, quia cum consensus in contractu simulato deficiat ad iuramentum non extenditur, & Socin. senior sibi contrarius in consil. 153. num. 12. vol. 2. dum vult, vt non obstante iuramento de simulatione contractus dici possit: & mouetur eadem ratione, quod stante simulatione contractus deficiat & ex consequenti iuramentum illum non firmer, vt voluit gloss. in l. emptione, C. plus valere, quod agit. & Bald. in l. 1. C. de oper. liber & faciunt ea, que notat Bald. in l. omnes populi. ff. de inſtit. & iure. & ponunt Canonista in d. cap. cum contingat. extra de iure iurian. Et ideo dixit Bellonus in consil. 47. num. 10. quod licet iuramentum non tollat exceptionem non numeratae dotis, non tamen tollit exceptionem simulationis. Et ideo subdit, quod opposita tali simulationis exceptione, quam tutius est opponere in specie, vt docet Aret. in d. §. fuerat, col. 9. Inſtit. de action. Item hanc contrariam opinionem sequitur Hippol. Marsil. in singul. 327. in fin. exception.

Limitatur autem haec conclusio, vt dixit Barth. Socin. in consil. 27. num. 26. vol. 4. Vbicunque periurium est detectum: nam detecta turpitudine potest quis admitti ad excipiendum, argumento l. non aliter. ff. de iure iurian. & ita concludunt Bald. & Salycet. in d. l. fin. C. de non numer. pecun. Cum enim ex instrumentorum inspectione de falsitate contentorum constat, alia obiectione ad hoc vt aduersarii repellatur, opus non est, cum satis constet ei nullum ius competere, argumento gloss. & illius, quod ibi notat Bald. in l. vbi pactum. C. de transaction. & gloss. in l. fin. §. pactus, in verbo, in opponendo, & quod ibi tradit Bart. ff. de pact.

Secundo limitat ibidem Socin. num. 27. quia haberet iurans remedium denunciationis etiæ angeliæ ad exonerandam conscientiam aduersarii, ex quo tunc obstat allegatio turpitudinis, quatenus salutem animæ prosequeretur, per ea que habentur in cap. inter dilectos, extra de fide instrum. & ita concludit Imola in d. cap. cum contingat.

C A P. C VI.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

I. *Iuramentum, an tollat exceptionem non numerata pecunie.*

¶ Væsiuit præterea Bal. in consil. 447. n. 2. & 3. vol. 1. t. an t̄ exceptio non numerata pecunia obiici possit? & inquit non posse, cum confessio in iudicio facta fuerit, vt notat gloss. penult. in l. 1. ff. de interrogat. actio. nec non etiam propter iuramentum, cum iurauerit contenta in instrumento vera esse: secus vero si vera esse non iurasset, vt notatur in l. emptione; C. plus vale. quod agit.

C A P. CVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. *Iuramentum an tollat exceptionem quod contractus sit dolo initus.*

Quartus etiam iterum Bald. in d. consil. 47. num. 3. volum. 1. † An exceptio, quod contractus sit dolo initus, opponi possit? Et inquit videri non posse. ut habetur in l. i. C. de predi. curia. lib. 10. & in l. actionem, in secundo responso, C. de transact.

C A P. CVIII.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

1. *Iuramentum, an tollat exceptionem quod contenta in instrumento simulate acta fuerint, quia partes agebant quod esset contractus simulatus.*

Iterum querit Bald. in d. consil. 447. num. 4. vol. 1. † An possit opponi, quod contenta in instrumento simulate facta fuerint, propterea quod partes agebant, quod esset contractus simulatus? Et respondet ibi Bald. putare, si facta fuerint in fraudem usurarum, opponi posse, praecedente tamen absolutione episcopia iuramento, ut habetur in cap. 1. extra de iureiurando. & præsertim si contractus modo prædicto simulatus sit; & ratio est, quia ex eo agens peccat in fratrem suum: & ideo posset procedi ad absolutionem per viam denunciationis, præmissa denunciatione euangelica, ut habetur in cap. nouit, extra de iudu. & in cap. ad nostram, extra de iureiuran. & notatur in d. l. emptione. C. plus vale. quod agit. & in l. cum ea, C. de transact.

C A P. CIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. *Iuramentum, an tollat exceptionem, quod contractus non valeat, quia tabellio non est tabellio.*

Questiuit etiam Bald. in eodem consil. 447. num. 1. de huiusmodi specie. † Quidam contrahentes ad iudicem accesserunt, & tempore contractus super eo contractu, quem agebant sententiam quod dictus contractus esset verus & non simulatus, proferri curauerunt, & ipsæ partes verum esse debitum iurauerunt, & ideo non esse hac de re se in uicem conuenturos: Petitur deinde, sententiam exequi: an contra tale instrumentum, quod non valeat, opponi possit, ob id quod assertus tabellio vere tabellio non est: nec in legitima quasi possessione tabellionatus est? Et respondet Bald. ibi, hanc exceptionem obiici posse: quia non opponitur contra negotium, sed dicitur quod non probat: vt puta si eo in loco, ubi contractus celebratus est, ex forma statuti vel consuetudinis duos adhibere notarios consueuerit, & unus tantum esset adhibitus: nam ille solus non probaret, cum statuta loci inspici soleant quo ad numerum tabellionum vel testium, cum sit quedam solemnitas necessaria, quæ loco & tempore celebrati contractus adesse debet, seu ultimæ voluntatis: Omnis namque

solemnitas cum ipso actu yti forma cum materia coniuncta esse debet, ut habetur in l. fin. C. de testament. & notavit Innocent. in cap. dudum, extra drebue eccles. non alien.

C A P. CX.

A R G U M E N T U M.

Iuramentum sine interpellatione constituit quem in mora.

S V M M A R I A.

1. *Iuramentum habet vim litis contestata, & ideo absque alia interpellatione debitorem constituit in mora.*

2. *Iuramentum efficit, ut quis sine eius culpa de interitu teneatur.*

3. *Iuramentum efficit, ut quis teneatur de omni casu fortuito.*

4. *Aduocatus, qui iurauit præstare patrocinium ecclesiæ in omnibus causis, tenetur illud præstare etiam non interpellatus, si videat expedire.*

5. *Litis contestatio ut fiat, tria requiruntur.*

6. *Solus animus non sufficit, ubi opus est facto, vel verbo.*

7. *Iuramentum tollit penitentiam, sicut litis contestatio.*

Transeundo modo ad alia, iuramentum, ut inquit Ias. in l. nam & postea. §. si is qui temporalis, num. 10. ff. de iureiuran. Sciendum est, iuramentum † vim litis contestata habere, & ideo absque ultra alia interpellatione debitorem in mora constitutus, faciatque, ut de interitu † absque eius culpa, si speciem mori contingat post iuramentum teneatur, pariterque faciat debitorem teneri † de quolibet casu fortuito, prout si lis contra eum contestata fuisset teneri debuisse, vel prout etiam si sola interpellatio extra judicialis interuenisset, ut voluit gloss. quam sequuntur Doctores in dicta l. quod te. ff. si cert. petat. & in l. si ex legati causa. ff. de verbis. obligat. & iterum voluit gloss. in l. mora. in princ. ff. de ysur. Et confirmat per ea, quæ rangit gloss. prima, in cap. breui, extra de iureiurando. dum querit, cum quispiam iurauerit aliquid dare vel facere, alia interpellatione opus sit, an vero sola iuramenti interpellatio sufficiat? Et licet gloss. illa clare id non exprimat: Butrius tamen & alii ibi sufficere arbitrantur, id quod rursus comprobat Ias. ex iis, quæ dixit Specul. in tit. de aduocato, §. i. versic. sed nunquid is, qui iurauit. & vers. sequenti. Vbi concludit, † aduocatum qui iurauit ecclesiæ patrocinium in omnibus causis præstare, teneri etiam quod non fuerit interpellatus præstare ybicumque expedire cognouerit, propterea quod iuramentum eum satis urgere & compellere videatur: Et in terminis nostris, quod iuramentum efficiat ut debitor teneatur de interitu speciei post ipsum iuramentum contingente, videtur text. in d. l. nam & postea. §. si is qui temporalis, ut ibidem dixit Ias. ubi idem voluisse attestatur Guiliel. de Cuneo in l. eum qui. §. si iurauero. ff. de iureiuran. Ias. autem hac de re eodem in loco inquit, melius esse distinguendum, ut dixit Jacob. Butrig. & Bar. ibidem. Præterea quod iuramentum habeat vim litis contestata, iterum voluit Ias. in d. l. cum te, num. 24. ff. si cert. petat. per ea, que voluit Bart. in l. nam & postea, §. si is, qui temporalis. Et ideo vult,

vult, ut debitor iuramento non minus, quam per sententiam in mora constituantur, ut habetur in l. si alia, in s. ff. depositi. & idem tradit Soc. in l. ait Prator, §. si us qui, n. 1. ff. de iureiur. Et Alb. de Rosate in d. l. eum qui, §. si iurauero, num. 8 ff. de iureiur. pariter vult, ut iurans de interitu, semper teneatur, ex quo ipso iuramento in mora constituitur, ex quo vim habet litis contestatae, d. l. nam & postea, §. si us qui temporalis, ff. de iureiuran. Et ideo dicit, quod qui iurat Stichum sibi debere, ex quo tempore iuramenti viuebat, vel debitor contra quem iuratur, erat in mora semper esse in mora intelligatur, & ideo interitu specie non liberetur: & casu quo ob iuramentum in mora non fuerit, in mora constituantur, & ideo deinde interitu non liberetur. Si vero iuramenti tempore nec fuerit debitor, nec etiā in mora constitutus: & tunc iuramentum faciat eum debitorem, non autem in mora constituat: quo fit ut ab interitu liberetur, ut ibi in prin. habetur. Præterea idem Bart. in d. l. nam & postea, §. insurandum, ff. de iureiur. generaliter loquendo inquit, omne iuramentum vim litis contestatae habere, per tex in §. si us, qui, in eadem l. Item quod iuramentum habeat vim litis contestatae, tradit Aymon Crauet, in cons. 71. num. 2. vol. 1. & iterum Marian. Soc. in c. olim inter, n. 88. extra vt lite non contesta. Quarens, an iuramentum vim litis contestatae habeat? inquit Spec. in eod. tit. §. 2. vers. quid si omessa, velle ut si iuramentum de calunnia omissum sit, lis contestata non intelligatur, propterea quod post item contestata iuramentum de calunnia locū habet, & se refert ad ea qua dicit in tit. de iuramento calunnie, & inquit facere tex. in l. 2. in princ. C. de iuramen. calum. & hanc conclusionem tenere Burtrum in d. c. olim inter, & idem inquit tenere Dominos de Rota in decis. 62. in nouis. vbi concluserunt, ob id q̄ partes iurando dixissent se iurare de calunnia animo item contestandi, & sic notarius scripscerat item iurando contestasse, litis contestationem factam per prædicta omnino dicendum esse. Et illud, quod ait ibi Agidius, hanc conclusionem, prout iacet, nō procedere, propterea q̄ ad hoc, ut fiat litis contestatio, tria requiruntur. Primum, ut petatio præcedat: Secundo, ut responsio subsequatur: Tertio, ut petatio & responsio fiant verbis aptis ad litē contestandam, ut habetur in d. c. olim inter, & in c. dudum, il. 2. extra de elect. prout supra late tradidit Soc. in eod. c. olim inter. Sed sic est, q̄ iuramentum, de quo agitur, nō est, huiusmodi: Ergo, &c. Accedat etiā, quod vbi opus est facto, vel verbo, solus animus † non sufficit, ut habetur in c. extra de eo, qui mit. in pos. Et ideo Agidius dixit purare fortasse inaduertenter Dominos de Rota in exitu consiliorum aliquid omissum fuisse, vel inaduertenter respondisse, ut aliquando accidit, & id subdit Socin. approbare in iuramento calunie. Iuramentum autem in iudicio à parte parti delatum vim litis contestatae effectum habere, per text. in d. l. nam & postea, §. si us, ff. de iureiur. de quo latius tradit in tit. de iureiur. Præterea quod iuramentum habeat vim litis contestatae, tradit Ang. in d. l. nam & postea, §. si us qui, n. 1. ff. de iureiur. & idem dixit Decius in cons. 682. n. 7. par. 5. & rursus idem Dec. in l. si conuenerit, n. 8. ff. de iurisd. omn. iudic. Et ideo inquit, quod sicut in casu illius legis, litis contestatione tollitur † penitentia, ita etiam iuramento tollatur. & tradit etiam Vlde-ricus Zafius in l. si conuenerit, n. 13. ff. de iurisd. omn. iud. & Anton. de Petritia in l. 1. n. 331. ff. de iureiur. & Jacob.

de Nigr. in l. si insula, n. 291. ff. de verb. oblig. & Roman. in cons. 373. n. 5. & in cons. 76. n. 1. & Card. Alb. in d. l. nam & postea, num. 1. ff. de iurisd. omn. iudic. & in l. 1. num. 2. C. de liuis contest. & Castren. in l. qui iurasse, §. iurisurandi, num. 2. ff. de iureiur. & Ioannes Bapt. Boui. in tract. de statu. vrb. præserua. gl. 29. num. 10. Cagnol. autem in l. si quis maior, num. 172. C. de transact. inquit, dum dicitur iuramentum vim litis contestata habere, in iuramento litis decisio locum habere, secus vero in contractus confirmatorio, ut dixit Decius in t. 1. col. 15. vers. quarto, non obstat, extra de iudic. vbi idem firmare recentiores Cagnol. attestatur, col. 26. vers. tertio facit. Præterea hanc quoque conclusionem sequitur Matthæus Afflictus in decisio. 174. num. 5. vbi ex quo iuramentum habet huiusmodi effectum, dicit moram purgari nō posse, cum post item contestata mora purgari nō possit, & idem voluit Rol. à Valle in cons. 25. n. 26. vol. 2. cū aliis quamplurib.

C A P. CXI.

A R G U M E N T U M.

Iuratæ promissioni præscribitur +
40. annis.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramento apposito super pacto redimendi & promissione retrouēdendi quadraginta annis præscribitur.
- 2 Iuramentum perpetuat actionem ad 40. annos, licet alioquin temporalis sit.
- 3 Famulus infra triennium salarium à domino petere debet, alioquin post tres annos non auditur.
- 4 Dilatio concessa à Principe debitori, ad debitum iuratum non extenditur propter iura iuramenti.
- 5 Clausula, non obstante, non tollit dispositiones iuramento confirmatas.

Inferunt autem ex prædictis, † iuramentum ap-
positum super pacto redimendi & promissione
de retrouēdendo, requirere quadraginta anno-
rum præscriptionem, prout in hac eadem quæstio-
ne voluit Aymon Craueta in cons. 71. num. 2. & Lü-
douic. Gozad. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. in q.
4. conclus. 2. Et mouentur ea ratione, † quod iurä-
mentum perpetuum reddit actionem vñq; ad qua-
draginta annos, & si alioquin temporalis sit, l. nam
& postea, §. si us qui temporalis, ff. de iureiur. vbi Bar. Ang.
& Alex. & Dd. communiter. & Ias. in §. item si quis, in
prima, & secunda col. In institut. de actio. & tradit Didacus
Couarruicias in c. 9n.. 7. lib. 1. variarum resolutio, & idem
voluit etiam Rodericus Suarez in l. postrem, in secundo
notabili, vers. considera ultimo, col. 7. Præterea compro-
batur hæc conclusio ex iis, quæ dixit Petr. Duennas
in suis regul. Regula 206. n. 2. dum † inquit, q̄ famulus
infra triennium salarium à domino petere debet:
alioquin post tres annos non audiatur, prout ipsem
iterum dixit in regula 6. & idem voluit Corne. in consil.
269. & in cons. 328. vol. 1. & Couarruicias in repetitio re-
gule, possessor. in secunda parte, §. ii. num. 2. Hæc tamen
regula tunc limitatur, si dominus famulo salarium
solueret promiserit, propterea quod tunc iuramen-
tum actionem illam perpetuam reddit, ut habetur
in dicta l. nam & postea, §. si us, qui temporalis, ff. de iu-
re iuran. & ideo famulus etiam elapsis tribus annis
suum salarium petere poterit. Hanc opinionem
sequitur etiam Iason. in additio. ad Christoph. in §.
sed aliquando, in additione ad numerum quintum, In fit.

de vsucapio, id alferens sumi ex notatis ab Antonio de Burrio post Hostiensem in c. si diligenter, extra de prescriptio. & idem rursus tenuit Iason in §. de constituta. Institut. de actio. Præterea hanc opinionem per illum text. tenuit Bartol. in d. §. si is qui temporalis, vbi etiam Ias. num. 4. & Hippol. Marsil. alferens ita in facto obtinuisse, in singul. 141. & ibi plures concordantes refert, & Felin. in cap. fina. num. 7. extra de prescript. & Marc. Anton. Bauer. in tract. de virt. & viribus iuram. in privileg. 29. num. 42. & hanc opinionem tenuit etiam Corne. in confil. 328. num. 22. volum. 1. & Roderig. Suarez. in d. l. post rem iudicatam, col. 3. num. 2. in §. considera ultimo. ff. de re iudic. Præterea eandem conclusionem, quod iuramentum actionem perpetuat usque ad quadraginta annos, tenuit Ioan. Baptista Boui. in tract. de statut. vrb. prescript. in gl. 19. num. 127. & Ang. in l. cum acutissimi, §. imo, C. de prescript. 30. anno. & Socin. iun. in conf. 54. num. 7. volum. 1. & habetur in decis. Tholosa. 220. & ibi late tradit additio, & voluit etiam Cæpolla. in tract. cautela 20. si ex forma statuti. & Petrus Gerard. in singul. 18. num. 14. cum sequen.

4 Et ideo videmus, dilationem concessam à Principe debitori, ad debitum iuramento confirmatum ob vim iuramenti non extendi, vt notauit Rota in decisio. 633. in antiquis. & idem voluit Rom. in singular. 7. & in confil. 379. & in confil. 393. & Barba. in confil. 47. colum. 26. volum. 1. & Felin. in c. fina. extra de sponsali. Vbi communiter habetur, clausulam † quoq;, non obstante, dispositiones iuramento confirmatas non tollere. & in terminis nostris, quod iuramentum prescriptio nem quadraginta annorum impedit, tenuit etiam Boerius in decisio. 221. num. 19. & Brunus in confil. 37. & Marsil. in singul. 141. audiusti. & Roman. in l. 1. vers. ad duas notabiles cautelas, ff. de vsucapio. Vbi ad omnia, quæ in contrarium deducuntur, respondet. & Hippol. Marsil. in loco paulo ante deducto, in facto obtinuisse attestatur, & multa ad huius conclusionis confirmationem deducit, quæ breuitatis causa, & ne eadem saepius referantur, omittimus. Præterea subdit idem Ioan. Bapt. Boui. in loco supra relato, num. 130. iuramentum actionem perpetuare. & tradit Angel. in confil. 55. & Ias. in l. si mater, C. de inoffic. testamen. & Corne. in confil. 258. volum. 4. & Bald. in confil. 155. in vers. dicunt, volum. 1. Idem præterea voluit Fel. Phœbus in confil. 118. num. 5. in 2. volum. confil. crim. diuerso. & num. 39. idem quoque voluit Rolan. à Valle. in confil. 25. num. 26. volum. 2. firmando eandem conclusionem, vt iuramentum vim habeat litis contestatae, & quod perpetuat actionem usque ad quadraginta annos, vt dixit Gozad. in d. l. 2. num. 82. C. de pac. interempt. & vend. & iterum hoc idem voluit Rolan. à Valle. in d. confil. 25. num. 19. volum. 2. & Bar. in d. l. nam & postea, §. si is qui temporalis. ff. de iure iuram. ex quo habet vim litis contestatae, à qua prouenit ipsa perpetuatio, l. fina. C. de prescript. 30. anno. & Bart. ibi sequuntur Bald. Angel. Roman. Alex. & Ias. in 2. notab. Vnde dixit ibi Bartol. quod si in instrumento appareat delatum esse iuramentum debitori, tale iuramentum actionem ad 40. annos perpetuare, & idem voluit Felin. in cap. fina. in quarta declaratione, vers. limita secundo, extra de prescriptio. & Ias. in d. §. sed aliquando, in additio ad Portium, Institut. de vsucap. & Brunus in confil. 38. colum. penult. & Boerius in decisio. 228. colum. penult. & rursus Bauerius in tract. de virt. iuramen. num. 39. Et ideo Rolan. à Valle eodem in loco, de quo supra, infert quod ex quo iuramentum actionem ad 40.

annos perpetuat, necesse quoque esse, vt actio personalis prescriptis verbis, & actio ex vendito, l. 2. C. de pact. interempt. & vend. quæ datur pro retroeditione promissa, quæ durat 39. annos, vt ibi dicunt Dd. vii ipsius iuramenti usque ad 40. annos perpetuetur. Et ideo iuramento inquit, derogari prescriptio. 30. annorum. Et Ioan. Anton. Rube. Alexan. in confil. 3. & in confil. 72. colum. 2. circa medium. Vbi vult, quod ex quo appositum est iuramentum, actio usq; ad quadraginta annos perpetuetur, & Grat. in d. confil. 41. num. 5. volum. 1. vbi dicit, l. sicut, & l. omnes, C. de prescript. 30. vel 40. annorum, vbi est iuramentum, locum non habet. Præterea Socin. iunior in confil. 145. num. 63. volum. 1. sequendo hanc opinionem dicit, iuramentum actionem perpetuare & prescriptio nem impedire, infra 40. annos, & non ultra. Item hanc conclusionem sequitur Socin. in l. ait Prator, §. si is, qui num. 3. ff. de iure iuram. & item hanc conclusionem sequitur August. Berous in confil. 15. num. 55. volum. 3. & iterum in confil. 82. num. 4. eodem volum. 3. Vbi ultra predicta ait, quod actio temporalis etiam ex dispositione statuti disponentis actionem spacio 10. annorum tolli iuramento pariter perpetuari ac per litis contestationem, vt voluit Angel. in d. l. nam & postea, §. si is qui, ff. de iure iuram. & Cæpolla. in cautela 37. & idem voluit Corne. in dict. l. nam & postea, §. si is, qui num. 1. & 2.

Perpetua autem dicitur fieri, quia cum sit; o. anno. l. 2. C. de confitut. pecun. redditur longioris temporis, id est 40. cum notissimi. C. de prescript. 30. anno. in glo. super verbo, conuentione. Hanc eandem conclusionem sequitur Cardin. Alb. in d. l. nam & postea, §. si is qui. num. 1. ff. de iure iuram. Et ideo dicunt, quod si extet statutum, quod si creditor steterit per 10. annos, quod creditum suum non petierit, sit exclusus, & deinde illud petere non possit, tale statutum in contractu iurato locum non habebit, propterea quod tunc actionem ad 40. annos perpetuabit. & Guliel. Bened. in c. Rayn. super vers. testamentum, il 3. num. 41. & Alex. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. & Felin. in rub. de prescript. colum. 6. in fin. & quod debitum iuratum prescribi non possit, tradit Guido Papæ in q. 416. num. 11. & in confil. 199.

Dixit tamen Didacus Couarruias in libro primo varia resolutio. cap. 9. num. 7. hanc conclusionem procedere in iuramento etiam extra judiciali, vel in ipso contractu à creditore debitori iuranti ea vera esse, quæ in eo contractu alleuerantur: secus vero dicendum in iuramento promissionis, quo quis iurat contractum seruaturum, prout etiam late declarat Roderi Suarez in l. post rem, in secundo notab. vers. considera ultimo, colum. 7. ff. de re iudic. Præterea Ioan. Bapt. eodem in loco num. 130. inquit intelligendum esse de iuramento decisorio, vt per Bar. & Angel. in d. l. nam & postea, & in d. l. 2. ff. de iure iuram. Secus vero iuramento commune, quod ad illud obseruandum in contractu ponitur, propterea quod tunc tale iuramentum naturam contractus sequatur, quo annullato annullatur etiam iuramentum, l. fina. C. de non numeris pecu. & tradit Angel. in confil. 55. & Ias. in l. si mater, C. de inoffic. testam. & Corne. in confil. 258. volum. 4. & Bal. in confil. 155. in vers. dicunt, volum. 1. Socin autem in l. ait Prator, §. si is qui. num. 3. ff. de iure iuram. dicit quod iuramentum litis decisuum etiam conditionale, actionem perpetuat: Quia licet non sit litis contestatio, vim tamen litis cōtestatae habet.

Et hæc

Et hæc conclusio secundum Dd. communiter recepta est, qui quid dixerit Guliel. & ideo inquit actionem perpetuari. Bald. vero in consil. 320. vol. 3. tenet contrarium, vt scilicet actio non perpetuatur. Dicit namq; neq; canonico, neq; ciuili iure reperi-ri, quod obligatio iuramento perpetuetur ultra na-turam eiā l. datam: alioquin, vt ipse ait, frustra in-terruptiones prescriptionum introductæ essent. Et ideo dixit Corne. in d.l. nam & postea, §. si is qui. n. 1. & 2. loquendo de iuramento decisorio in iudicio de-lato, cōclusionem supra firmatam procedere, quia habet vim contestationis litis: Et ideo, vt diximus, Guliel. de Cun. volebat, vt præcedens conclusio iu-ramento extra judiciali, & sic voluntario locum non habeat. tex. in d.l. nam & postea, §. si is qui temporali. Id tamen, quod dicebat Cune. inquit Corne. eodem in loco, verum esse posse quo ad ordinem iudicii non peruerendum: quo vero ad interrumpendam pre-scriptionem, siue ad perpetuandam actionem, Gu-liel. male dicere, propterea quod tunc etiam extra-iudiciale decisoriū eam interrumpere, id est actionem perpetuare, prout ipsa litis contestatio, propterea quod ille tex. in d. §. si is qui temporali, genera-liter de quolibet iuramento loquitur, scilicet deci-sorio, & ita illum intelligunt Bart. Bald. & commu-niter Dd. Vnde Corne. in d.l. nam & postea, §. si is qui temporali; quod si in cōtractu apponatur iuramen-tum decisoriū, habebit vim perpetuandi actionem alias temporalem, & id intelligit Corne. ibidē pro-cedere in iuramento apposito, postquam contra-ctus est habitus pro absoluto, secundum ea quæ dixit in l. 2. ff. de iure iur. Et ideo idem arbitratur dici posse de instrumento guarentigato & confessionato: vt si guarentigia vel confessio sit apposita perfecto & habito pro absoluto, perpetuet actionem, alias tem-poralem, argumento eorum, quæ dicit Bald. in d.l. 2. æquiparando guarentigiam iuramento, & idem di-cit Bald. in l. possessio, §. & si posses. ff. de acquiren. posse-sio. Quoniam diximus quod Guliel. de Cuneo vo-lebat id tantummodo verum esse in iuramento iu-diciali, & alii contra: merito Cardin. Alberic. in d.l. nam & postea, §. si is qui temporali, num. 1. ff. de iure iur. inquit Guliel. moueri ea ratione, quod ibi non ha-bet locum fictio, ybi veritas locum haberet non po-test, l. certe, ff. de precar. sed litis contestatio locum ha-bere non potest, nisi in iudicio: ergo & iuramen-tum dñntaxat in iudicio locum habere potest, & non extra. Idem tradit Bart. in d.l. nam & postea, §. si is qui, num. 1. & 3. ff. de iure iur. & ibidem num. 5. an hoc habeat locum in quolibet iuramento. Et dicit vt supra retulimus, solum in iuramento iudiciali lo-cum habere, per text. in §. penult. & si. in Authen. de te-stib. quos text. Subdit Bart. ibidem, nihil facere, & la-cob. Butrig. dicere indistincte locum habere in quolibet iuramento, quia nō dicitur in illo §. quod iuramentum sit litis contestatio, sed quod habet vim contestationis.

Est etiam animaduertendum, quod Felix Phe-beus in consil. 118. num. 5. in 2. volum. consilio crim. di-vers. & num. 39. præcedentem conclusionem pro-cedere contra principales, contra quos actio per-pe-tuatur, non autem contra fideiulsores de iudicio sisti, quia respicit instantiam, & cum instantia fini-tur, & instantia nō potest prorogari etiam de con-sensu partium cum iuramento, vt declarat Cepha-lus in consil. 37. in §. num. 17. dum voluit, quod cautio-

nes de quibus in d. consil. 118. num. 36. versi. ideo si cau-tiones datae, ante sententiam per lapsum triennii expirent; ex quo eo tempore omnis instantia tam ciuilis, quam cri-minalis finiatur, & sic loquitur in fideiulsoribus, qui promiserant repræsentare aliquem.

C A P. CXII.

A R G U M E N T U M.

De effectu iuramenti, vt præcis-
e obliget ad factum.

S U M M A R I A.

- 1 *Iuramentum obligat præcisè ad factum.*
- 2 *Debitor si iure solvere creditori absque alia promis-sione, an non obstante iuramento possit opponere, quod creditor fructus compenset in sortem, ante-neatur præcisè solvere.*
- 3 *Iuramentum non obligat ad impossibile.*
- 4 *Religionem ingrediens factum promissum seruare præ-cise compelli non potest.*
- 5 *Iuramentum præcisè ad factum non obligat, quando subest iusta & legitima causa.*
- 6 *Iuramentum non impedit, quin iudex pénas statu-torum minuere posset, licet iurauerit.*
- 7 *Iuramentum magistratus ad equitatem reduci debet, non autem præcisè intelligi.*
- 8 *Consuetudo etiam iurata ex causa omitti potest.*

EA etiam † est iuramenti vis, vt obliget præcisè ad factum, vt inquit Negulans in tract. de pi-gnoribus. & hypothec. in 5. membro 5. partis, num. 15. per ea quæ voluit Abbas in c. veniens, extra de iure iur. vbi est satis lat a apostilla, quæ concludit ita firmandum esse. & idem voluit Alexan. in consil. 89. omis. num. 5. vol. 1. & rursus eandem opinionem tenet Alexan. in l. stipulatio-nes non diuiduntur, colum. 7. vers. denum in quantum Bar. ff. de verb. oblig. & latius tradit Ial. in l. si pecuniam, in princ. colum. 7. ff. de condic. ob caus. Vbi hinc inde ducta refert: & tandem tenet communem opi-nionem, quod iuramentum præcisè obliget. Vnde subdit ibidem Negulans. si debitor promittat cre-ditorem in pignore non molestare, nec in fructi-bus ipsius quoisque ei de suo credito satisfactum non sit, & ita iurauerit, non possit deinde excipere petendo fructus in sortem cōpensari, vt voluit Ab-bas post Bal. in c. ad nostram, extra de iure iur. & in c. cum inter, extra de except. & in c. cum dilectus, extra de ordine cognit. & Angel. & Cuman. in l. amplius. ff. rem- ratam habe. & Ioan. Fab. in §. in bonefidei, In fit. de actio. Et in hoc omnes tam Legistas, quam Canonistas inquit conuenire.

Sed magis dubitatur, † si debitor creditori sol-vere iure iurando absq; alia qualitate, sed simpliciter promittat, an tunc etiā, non obstante iuramen-to, possit debitor de fructum compensatione op-onere, an vero ob ipsum iuramentum ad soluen-dum præcisè teneatur? In hac dubitatio Bart. in d. l. amplius. ff. rem ratam habe. voluit, vt non obstante iu-ramento debitor quod fructus in sortem compen-sentur, op-onere possit: & ratio est, quia compen-satio solutioni æquipollit. At Canonista in d. cap. ad nostram, extra de iure iurand. communiter tene-nt contra Bart. vt scilicet etiam in hoc casu compen-satio non admittatur. Hanc Canonistarum opinio-nem sequitur: Alexan. in consil. 91. viss. actis, colum. 2. versi.

versus secundo principaliter moueor, vol. 2. & late disputat Soc. in l. Julianus, colum. penult. in si. Vbi videtur sequi opinionem Canonistarum, ff. de conditio. & demonstratio. Tindarus vero in tract. de compensatio. car. 7. colum. 2. discussiens hanc conclusionem inquit Bart. opinionem iure stricto veriorem esse: sed quia articulus est satis ambiguus, ab opinione Canonistarum recedendum non esse tuius arbitratut, cum magis communis appareat, & si Bartol. opinio magna aequitate nitatur. Verum cum declaratio huius articuli ab ea conclusione, de qua supra satis copiose diximus, & ab hac de qua modo agimus dependeat, an scilicet iuramentum obliget præcise ad factum: merito quod iurans soluere præcise teneatur, dicendum videtur.

Illud tamen animaduertendum est, quod debitor dissoluto credito, potest deinde pignus una cum fructibus perceptis, & percipiendis, vt dixit idem Negusantius, in princ. 5. membris 5. partis principali repetere poterit, vt est text. & ibi notat Abbas, in d. cap. ad nostram, extra de iure iurant. Alioquin illud absurdum sequeretur, vt iuramentum viuras permitteret, & esset vinculum iniquitatis, quod quidem nullo modo dicendum est, vt ex infra dicendis liquido apparebit. Didacus præterea Couarruuias in tit. de pact. § 4. num. 6. in his terminis querit, an ille qui iure iurando promisit aliquid facere, ad id præcise faciendum cogi possit, an vero soluendo interesse liberetur, cum de iure ciuili ille qui teneatur facere, ad factum præcise non teneatur, sed præstando interesse liberetur, d. l. stipulationes non dividuntur ff. de verb. oblig. & l. si quis ab alio. ff. dere iudic. Et concludendo sequitur opinionem Canonistarum contra Bartol. vt si promissio iurata sit, præcise teneatur, dicendum arbitratur, vt dixit gl. in d. l. si pecuniam, in prin. ff. de. conditio. cau. dat. quam singularem esse dicit Imola in c. 1. colum. penult. extra de iudic. & Ias in §. actione, colum. 8. Institut. de actio. & rursus idem Ias dicens, hanc esse communem opinionem, in d. l. si pecuniam. & iterum idem Ias. & aliis Dd. in d. l. stipulationes non dividuntur, & est alia gl. in c. ex literis, il. secondo, extra de sponsal. quam ibi ad hoc Propositus notat, & est etiam alias text. in c. querelam, vbi tradit etiam Butrius, extrane prala vices suas. & Aret. in c. 1. colum. penult. extra de iudic. Præterea eandem opinionem late defendit Fortu. in c. 1. num. 17. extra de pact.

Opinionem autem Bart. tenuit Corne. in cons. 246. vol. 4. & Anania in d. c. querelam. & Matth. Afflict. in decisio. 295. & Decius in d. c. 1. num. 23. extra de iudic. ea ratione, quod iurans aliquid facere, videtur iuramentum præstissime, iuxta qualitates illius obligationis, cum ea facultate, quod præstando interesse liberetur casu, quo illud præcise agere nolit, & ideo ea de causa prædictæ promissio non consenserit, nisi in casu quo præstando interesse liberari possit: & ideo ex quo iuramentum naturam actus, cui accedit, sequatur: Illud cōsequens esse videtur, vt præstando interesse liberetur, quasi præcise promissio non cōsenserit: & tandem ob id quod iuramentum natura illius actus, cui accedit fortatur. Huic rationi Didacum satis concludenter respondere, ne bis eadem repetamus, admonuisse sufficiat. Communis igitur conclusio est, vt ille qui iurat facere, ad factum præcise compellatur, qui iure iurando agere promisit. Præterea, quod iuramentum præcise seruandum sit, & in forma specifica, tradit Ma-

thesl. in d. singul. 5. 4. num. 1. & 2. dum ait, iuramentum in forma specifica seruandum esse, ita vt si iure iurando tibi dare promiserit, vel soluere infra annum centum, cum alio debito cōpensate non possum in iusto creditore, vt probatur in d. c. ad nostram, il primo, extra de iure iurant. Vnde fit, vt si promittam vel iure aliquid in comodum alicuius facere, vt puta locare domum, vel fundum colete, possim ob iuramentum ad factum præcise compelli, nec offerendo interesse periurium euadam, argumento dicti capit. ad nostram. & facit rex. in c. venerabilem, in si. extra de electio. vnde limitatur regula d. l. stipulationes non dividuntur, §. Celsus, ff. de verbis oblig. vt voluit Butri. in c. executio extra de iure iurant. & ad hoc facit rex. in c. quanto, extra de iure iurant. Et confirmatur ea ratione, quod si fautor ultimæ voluntatis efficit, vt quis præcise ad factum compellatur, vt habetur in l. fidei commissa, §. si. ff. de lega. 3. vtique id multo magis favore religionis iuramenti efficere posse dicendum est. Quod autem hæc conclusio frequentioribus calculis recepta sit, firmat etiā additio ad illud singulare Matthes. § 4. vbi etiam voluit, vt interesse præstare satis non sit. Confirmatur precedens conclusio ex eo loco, cum ibi dicatur, compunctionem aduersus promissionem iuramat non admitti, vt dicit Alexan. in consil. 91. viss. colum. 2. volum. 1. & Ias in consil. 134. colum. 1. volum. 4. & Socin. post Iohan. de Imola in d. l. Julianus, colum. penult. & fina. num. 14. ff. de conditio. & demonstratio. Hanc præterea conclusionem firmat Guido Papa in quest. 627. num. 1. cum seqq. dum vult, vt ob iuramenti accessionem quis ad factum obseruantiam præcise compelli possit, vt inquit expresse tenuisse Henricum de Bouenç in authen sacramen. puberum. C. si aduers. venditio. in materia esse etius iuramenti, ultra alios quos supra deduximus, & quod vi iuramenti quis præcise compelli possit, tenet gl. in terminis, in d. l. si pecuniam, ff. de condit. cau. data non seq. vbi tradit Bald. Præterea, quod iuramentum efficiat, vt quis nec iure, nec facto contravenire possit, tenuit gl. quam sequitur Bal. in d. l. id quod pauperibus, C. de episc. & cler. super verbo. ratum, & ita subdit Guido Papa eodem in loco alias fuisse determinatum in camera consiliū à Dominis parlamenti die 12. Septembris 1460. Item hanc conclusionem sequitur Afflict. in decisio. 163. num. 3. addens iuramentum præcise obseruari debere, non per æquipollens, etiam si æquipollens utilius ac melius vel rei propositæ seu iurata conducibilis esset, vt dixit Felin. in d. c. ad nostram, referens Innoc. in d. c. peruenit, il. 2. & in c. debitores, extra de iure iurant. & Roman. in l. stipulationes non dividuntur ff. de verb. oblig. in illa questione an in obligationibus facti iuramentum efficiat, vt ad factum iurans præcise compelli possit, sequitur opinionem gl. in d. c. ad nostram. Hanc præterea conclusionem sequitur Portius Imol. in consil. 144. num. 6. per ea, quæ tradit Alexan. late in consil. 58. viss. & in consil. 133. super. volum. 1. inferendo ibidem, num. 15. ad emphyteutam, qui pariter iuramento annuum canonem soluere promisit, & cui libet iuri & exceptioni in ampliori forma iuris iurandi ipsi iuramento renunciauit, & vult ut exceptiones illæ opponi non possint, vt voluit Albert. de Rosate in l. item queritur. §. exercitu. ff. locati. & l. licet. C. d. eod. tir. vi. ibidem ipselatis prosequitur. Confirmat etiam hanc conclusionem Jacob. Menoch. in consil. 27. num. 9. volum. 1. per ea, qua voluit Brunus in consil. 89. num. 4. & Rub. Alexand. in consil.

in consil. 29. num. 6. & Gozadin in consil. 32. num. 12. & in consil. 100. num. 25. & late Roland. à Valle in consil. 6. numero 32. volum. 1. rursus hanc conclusionem firmavit Menoch. in tract. recuper. possess. in 9. remedio, num. 168. per ea, quæ late tradit Gomes. in §. item si qui postulante, n. 7. Instit. de actio. & Neuiza. in consil. 50. num. 18. & Crauet. in consil. 12. & Nicol. Boerius in consil. 14. num. 9. vt ibidem late prosequitur, concludens vt ille qui præcise non adimpleat periurium, non euadat, si soluat interesse, & pariter etiam vult, vt compensationem allegare seu obiicere non possit. & eam opinionem inquit sequutum etiam fuisse Benedict. de Plumbi. in d. l. si pecuniam, §. quod si heredi, ff. de condic. ob caus. & Ioh. Neuiza. in consil. 66. num. 26. Eandem opinionem sequitur Hieron. Grat. in consil. 95. num. 19. volum. 1. dum vult iuramenti appositionem efficere, vt locatio præcise attendi, & obseruari debet, & ita vt dominus vendendo emptorem expellere non possit, etiam si pœnam præstare velit & interesse, vt dixit Anto. de Butrio in his terminis, in c. fina. extra ne pralati vices suas. & sequitur Socin. in d. consil. 90. volum. 1. & optime faciunt ea, quæ notant Butr. & Abbas in d. c. reniens, extra de iure iurant. & Ias. & omnes in d. l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verborum obligat. dum volunt, iuramentum præcise ad impensas obligare & iuris beneficia auferre. Facit etiam illud, quod dixit Angel. in d. l. emptorem, C. locati. dum vult vt si verba sint prægnantia & superflua, idem operentur. Præterea idem voluit Grat. in consil. 55. numero 2. volum. 1. Et ideo vult in eo casu, vt promissio iurare de non alienando ad commodum recipientis emanata efficiat, vt si deinde alienatio subsequatur, si ipso iure nulla, vt inquit Aret. in l. si ita quis. §. ea lege, circa finem ff. de verborum obligat. Et quod iuramentum præcise cogat, iterum firmavit Grat. in consil. 66. num. 23. volum. 1. & Gozad. in d. consil. 32. numero 11. vbi pariter vult, vt per æquipollens adimplere non sufficiat, ac etiam quod non sufficiat præstare interesse, prout voluit etiam in consil. 69. numero 5. Eandem conclusionem tenet Thom. Grammat. in consil. 93. num. 1. & Bertran. in consil. 1. num. 154. volum. 1. vbi pariter concludit, vt ille qui iurauit soluere, non possit compensare. Et iterum ibidem Bertran. in consil. 154. num. 2. eodem volum. 1. vbi pariter vult, vt si iuratum fuerit mutuo acceptam pecuniam restituere, non possit iurans fructus ex pignore perceptos compensare. Et iterum eandem opinionem tenuit Bertran. in consil. 266. num. 3. vol. 2. concludens, vt iuramentum magis quam conditio in forma specifica impleri debeat, vt ibi latius ipse prosequitur. Et iterum idem Bertran. in consil. 216. num. 3. volum. 3. vult, vt non obstante quod in forma specifica impleri debeat, compensationem fieri non posse. Et iterum idem Bertran. in consil. 98. num. 7. volum. 2. Vbi etiam vult, vt per compensationem, vel æquipollens, vel in casu ficto ad impleri non possit. Hanc eandem opinionem firmavit August. Berous in consil. 124. num. 5. volum. 1. Et ideo infert, quod licet conductor seu emphyteut. iure suo non priuetur, nisi in solutione canonis per biennium, vel triennium cessauerit, l. 2. C. de iure emphyte. & c. potuit, extra de locato. Attamen si accidat, vt ipse emphyteuta singulis annis soluere promitterat, si per annum cesseret, priuatus dicitur. & r. tio est, quia iuramentum seruandum est, non vt est à iure communi emphyteutæ concessum, sed præcise & formaliter. Præ-

tereā hanc eandem conclusionem sequitur idem Berous in consil. 137. num. 2. eodem volum. vbi in primis loquitur de eo, qui fundum vel domum locauit: & deinde eandem domum, vel fundum vendiderit & emptori tradiderit. & dicit deberē conductori patientiam præstare, vt scilicet re locata vti & frui possit, & sic ad hunc esse etum præstet, an solummodo ad damna & interesse ipsius conductoris ita vt ad pœnam conventionalē teneatur. & in primis dicit ad rei & patientiæ præstationem teneri, vt scilicet conductor cum effectu re vti & frui possit, & id ob iuramentum, quod obligationi facti appossum dicitur, cum locator ad solum factum, non autem ad ius teneatur. lex conducto ff. loc. Iuramentum namq; operatur, vris qui ad factum tenetur, quamvis regulariter soluendo interesse liberetur, d. l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verborum obligat. & l. si quis ab alio, in fin. ff. de re iudic. cum vulgarib. Attamen ob iuramenti vires, quæ sunt, vt quis præcise & formaliter teneatur, non autem per æquipollens, d. c. ad nostram, il. secundo, extra de iure iurando, obligatus ad factum, præcise facere teneatur, nec interesse offerendo liberetur, d. c. ad nostram, & est glos. singul. in d. l. si pecuniam, ff. de condic. ob caus. Id autem ex eo confirmat, quod procedit argumentum de locatione ad venditionem, & econtra. l. l. ff. de contrah. empt. & l. item si precio, in fin. ff. locati. Sed sic est, quod quando vendor tradidet rei facultatem habet, tradere præcise compellitur, vt voluit glos. in §. item premium, per illum text. Institut. de empt. & vendit. quam ad hoc refert Bartol. & sequuntur Alexan. & alib. in d. l. stipulationes non diuiduntur. Ergo & idem de ipsa locatione dicendum est. Item quod iuramentum præcise obliget, debeatque in forma specifica impleri, tradit Decius in l. si donatione, num. 28. C. de collatio. & Alber. de Rosate in l. qui iurato, num. 2. ff. qui satisfid. cogan. Item quod iuramentum obliget præcise, tenet Paris. in consilio 109. numero 21. volum. 1. & idem Berous in consil. 158. num. 25. volum. 1. & Alexan. in d. l. stipulationes non diuiduntur, colum. 10. & Roman. in rubr. ff. de arbitr. colum. 25. & Bal. iterum in l. fina. numero 4. C. de non numera. pecun. Hanc præterea opinionem tenuit Cephal. in consil. 41. num. 10. volum. 1. & Alexan. in l. si conuenerit, colum. 1. ff. de iurisdict. omnium iudic. & in d. l. stipulationes non diuiduntur, numero 27. questio. 8. ff. de verborum obligatio. & Ias. in dicta l. stipulationes non diuiduntur. & in d. l. si conuenerit. §. item si quis postulante, numero duodecimo, Institut. de actio. & Negusan. in primo membro 2. part. numero 8. & 9. & Guido Papa in questio. 627. vbi etiam tradit Aufrer. in additio. & Felin. late in dicto capitulo ad nostram, numero secundo, extra de iure iurando. & Gomes. institut. de actio. in princip. numero 10. tamen acutius & in dicto §. item si quis postulante, in primo notab. in 3. effectu. Et sic inquit Cephal. ibi, satis constare hanc esse communem opinionem, quod vt etiam attestantur Alexan. Ias. & Felin. in locis supra relatis. & Decius in capitulo primo, numero 21. in prima lectura, extra de iudic. & esse etiam veriore afferunt Alexan. in dicta l. si conuenerit, numero secundo. & Gomes. Institut. de actio. in princip. num. 10. Et ideo dixit Cephal. eodem in loco, quod stante iuramento, præcise facere tenetur, nec habet facultatem non faciendi ei, cui promisit, sed alteri; quandoquidem si ei cui promisit, præcise facere tenetur: ergo alteri facere non potest, ita vt postea ei facere impediatur, cui promisit, argumen. l. oratio. ff. de spons.

desponsal. & tradit Bart. in l. cum lex. prope finem. ff. de fiduciosor. & tradit Sotin in l. legem. num. ii. C. de pact. & Crauet. in consil. 137. num. 12. Nam iuramentum de uno in alium mutari non potest, c. peruenit, il secondeo, & c debitores, extra de iure. Et ideo dixit quod primus emptor rem promissam alienare non potuit, & sic loco rei commutare, seu subrogare interesse. Hoc argumento Felin. ind. c. ad nostram, concludit iuramento obligatum præcise teneri, nec posse præstante interesse liberari: Et ideo infert Cephal. in d. consil. 41. num. 12. volum. i. eum, qui iuramento retrouendere promisit, alteri vendere non posse, & quamprimum velit contravenire conuentioni, & promissioni iuratæ: in periurium incidere, rest text. in d. l. si quis maior. C. de tra. fact. o. Hanc præterea conclusionem sequitur Ruin. in consil. 181. num. 8. & in consil. 198. num. 6. volum. i. & Corne. in consil. 96. in princ. volum. i. & in consil. 25. num. 10. vol. 2. & in consil. 246. num. 4. volum. 6. Et ideo subdit ibidem Cephal. num. 13. non posse primum emptorem dominium in aduersarium transferre, si ipse eodem momento quo coatrauerit promissioni iuratæ, cecidit à iuribus suis, cum regula sit, ut nemo plus iuris quam ipse habeat transferre possit. l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. & l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. & facit illud, quod dixit Bart. in l. filius familias. §. diuini. colum. 2. vers. oppono. ff. de manu. testam. & l. Stichus seruus. ff. de leg. 1. & clarius in l. qui absenti. §. 1. vers. quare dicas ff. de acquir. possess. sed de hoc infra latius suo loco dicetur. Præterea hanc eandem conclusionem iterum tenuit Ioan. Cephal. in consil. 118. num. 23. vol. 1. vbi etiam vult, ut assensus præstandus à venditore, ab herede præstatu non possit, ex quo iuramentum per æquipollens impleri non potest. Præterea quod iuramentum obligat præcise, tradit Alber. Brun. in d. consil. 39. n. 2. in vol. consil. feuda. divers. & rursus in consil. 89. nu. 4. in cod. volum. vbi vult quod licet de iure à sacerdo non possit exigi, nisi in quantum facere potest, deducto ne egeat. l. sicut. ff. de re iud. cum ibi notat. & notatur etiam in l. lex diverso, in princ. & in l. rei iudicata. §. sacer. ff. sol. matr. Et intelligatur, ut diximus, deducto ne egeat, videlicet quod commoda habeat alimenta, ut satis late notat Bal. & eum sequuntur Dd. post Jacob. de Arena in l. si maritus ff. soluto matrim. Stante tamen iuramento in promissione dotis apposito, & promissione iurata de obseruando contenta in instrumento, illa deductione egeat, fieri non potest, ex quo ut vidimus, iuramentum ad factum præcise obliget, ut iterum dixit Bal. in l. i. col. 6. C. de senten. qua pro eo, quod inter. vers. modo quaro de aliquibus. & rursus Bald. in l. sed & ha. §. Prator. ff. de procur. & etiam iterum dixit in pralud. feudo. It enim hanc conclusionem, quod iuramentum præcise obliget, tenuit Mantua in consil. 16. num. 28. & in consil. 20. num. 13. vol. 1. & Matth. Afflict. lib. 3. feudo. in tit. que sint regal. per Imper. Feder. §. monete. num. 20. Quod erendo ultra prædicta quid sit, si iurauit soluere quodam tempore aliquam monetam, & deinde accidat ut ipsa muretur, an sim periurus, si non soluero de antiqua? Item quod iuramentum obliget præcise ad factum, tradit iterum Ias. in consil. 9. num. 10. vers. istud idem deduco. volum. 1. Et ideo dicit quod si petatur usuræ, tenetur omnino soluere, nec posse obiicere exceptionem, dolo facis petendo id, quod restituturus es, & Jacob. Butrig. in l. si sic legatum. §. si quis ita, num 7. ff. de leg. 1. Eandem conclusionem sequitur Ias. in l. omnes populi, num. 56. ff. de

justi. & iure, dum inquit, quod ille qui iurat seruare statuta, tenetur ea ad amissim seruare, & à forma statuti recedere non potest, vt voluit Bald. in auth. bodie, C. de iud. & rursus Ias. in l. eum qui. §. si iurauero, num. 6. ff. de iure iurauan.

Præterea hanc conclusionem tenet Barba. in c. intelleximus, num. 60. extra de iud. & Ant. de Petrutia in l. i. num. 259 ff. de iure iur. & latissime Anton. Gabriel. in tract. commun. opinio. lib. 2. de iure iur. conclus. 8. cum aliis concordantibus.

Primo loco limitatur hæc conclusio, † quod iuramentum arctet præcise ad factum in eo, qui id quod promisit, efficere non potest, seu illi est impossibile, vt voluit Aymon Crauet. in consil. 12. num. 1. & loquitur de quodam prato, quod erat apud tertium possessorum, & ideo ille qui retrouendere iurauerat, retrouendere non poterat, vt dixit Ioan. Andr. in c. in toto, de reg. iur. in 6. vbi vult, quod licet forma debeat præcile & ad vnguem obleruari: illud tamen non procedit, vbi talis forma seruari non potest: quandoquidem etiam tali forma non seruata actus subsistit, nam iuramentum ad impossibile non arctat, cap. impossibilium, de regul. iur. in 5. Et ideo dixit Bertran. in consil. 197. num. 2. volum. 2. Bal. in consil. 372. quadam puella, in 3. parte, quod etiam si mille iuramenta interuenirent, id quod à natura impossibile est, iuramento possibile fieri non potest, per text. in l. iuris gentium. 5. pactorum. ff. de pact. & idem tenet Berous in consil. 178. num. 23. volum. 3. Et facit etiam illud, quod dixit iterum Berous in consil. 148. num. 10. volum. 1. authoritate Bal. dum vult, vt si quis monetam aliquam soluere iurauit, quæ tamen deinde mandato superioris fuit in aliam formam redacta, iurans illius estimationem soluere tenetur, alias in periurium incideret, nec ex eo quod aliter est causa & in aliam formam translata iuramento contravenire potest, & solutionem denegare. Et idem dixit Afflict. lib. 3. feudorum, in tit. que sunt regal. per Imper. Feder. §. monete. num. 20. id quod refert & sequitur Abbas in consil. 25. colum. 2. in fin. vers. secundus modus, lib. 2. & Alexand. in consil. 206. in ultim. dubio, lib. 6. dum inquit, eam solemnitatem quæ haberi non potest, obseruandam non esse. Comprobatur etiam argumento mandati, quod licet præcise & ad vnguem impleri debeat in forma specifica, l. diligenter. ff. manda. & capit. cum dilecta, vbi tradunt recentiores, extra de rescript. Attamen id locum non habet, quando præcise & in forma specifica impleri non potest, quia tunc sufficit si impleatur, ut possibile est. Et idem dixit Abb. in consil. 65. in secundo dubio, libro secundo. Pariter etiam actus debet impleri & explicati intra terminum constitutum, sed si intra illum terminum perfici non potest, sat est si post terminum explicitur, & perficiatur, vt dixit Alber. in consil. 64. colum. 1. volum. 2. per text. in l. fin. C. de adult. & in cap. ex ratione, extra de appellatio. Simile etiam inquit esse Crauet. eodem in loco numero 4. quando ex forma statuti in contractu vxoris requiritur consensus mariti, quia intelligitur si maritus sit præsens, quia tunc eius consensus haberi potest: securus si longe absit, & sic eius consensus haberi non possit, quia tunc contractus sine mariti consensu subsistere potest: & sic non seruata forma, vel solemnitate statuti, vt inquit Bal. in consil. 483. sequens questio, volum. 1. & in consil. 314. statuto commun. Papiae, lib. 5. Pariter videmus, quod fideicommissarius

missarius ad bona fideicommissio subiecta ante restitutionem hæreditatis realem vel verbalem agere non possit, l. i. C. commun. de legat. & tradit glos. in l. fine, C. ad senatus consul. Trebellian. Attamen si hæreditas restitui non possit, vt puta quia hæres grauatus restituete sine hæredibus mortuus sit, potest fideicommissarius agere sine restitutione, l. penultima, vbi Bart. C. ad senatus consult. Trebellian. Idem pariter videmus in casu, in quo quis agere sine actionum cessione non potest, vt puta Dominus ex contractu procuratoris cum agi possit, quando actiones cedi non possunt ob absentiam, vel mortem ipsius procuratoris sine hæredibus, vt dixit Bald. in consil. 238. licet sint diuersa, lib. 5. per text. in l. prima ff. de institutor. actio. Iridem stante statuto, vt partes litigantes compromittere in communes consanguineos teneantur, tale statutum in illis qui communes consanguineos non habent, locum non habet, vt dixerunt Bartol. & Angel. in l. prima, §. lex falcidia, ff. ad legem Falcidiam, & Alexand. in consil. 81. colum. 2. volum. 6. Et facit illud, quod dicit Bald. in consil. 193. statutum ciuitatis Alexandriae, colum. 1. in fin. volum. 2. Vbi statutum excludens procuratorem ante item contestatam, intelligitur si lis contestari potest, at secus si contestari non possit, vt puta quia reus principalis non compareat. Alibi quoque dixit idem Bald. in consil. 198. statutum ciuitatis Tergesti, in fin. lib. 2. quod licet statutum crimen puniens copulatiue loquatur, attamen si concursus copulatiuorum verificari non potest, crimen eo modo quo possibile est, puniendum esse copulae natura non attenta, & alibi scribit Oldrad. in consil. 254. quia tota, colum. penult. versic. præterea ad illud obiectum, qd vbi scriptura requiritur ad probationem actus intelligendum est, quando potuit adhibere: alioquin testibus probationem fieri posse. Et idem Oldrad. in consil. 277. dixit quod Abb. in princip. quod qui non potest solvere ob inopiam, excommunicationem non incurrit, licet solvere ad quendam terminum à superiori re iussus fuerit. Et ideo ex prædictis satis infertur ad casum nostrum, quod licet iuramentum obliget præcise, id tamen intelligatur, quando factum ad quod obligat, possibile est: alioquin iuramentum impleri & obseruari, prout possibile est, & ex consequenti præstando interesse. Confirmatur haec limitatio per ea quæ dixit etiam Cagnol. in l. 2. num. 130. versic. secundo limitatur. C. de pac. interempt. & vendit. dum inquit, quod ex pacto iurato de restituendo emptor retrouendere, remque tradere tenet, quia intelligitur si rei tradendæ facultatem habeat, & ideo contrarium tenere dicendum est, si facultatem non habeat.

Secundo limitatur, vt habetur in quadam additione ad decisio. Guid. Papæ 627. in verbo, præcise. vbi cuncti quis tñ religionem ingreditur: nam tunc facti promissionem omittere, & non seruare potest, vt inquit etiam Specul. in tit. de statu monacho. §. 2. versic. 28. & seq.

Tertio limitatur, vt inquit Tiraquell. in prefatio. tract. de penit. legum & consuetud. statutorumque temperan. num. 23. dum inquit, tñ quod licet quis præcise ad aliquid à lege cogatur, id tamen intelligendum est, nisi aliqua legitima causa adsit: tñ Et ideo illud quod dixit de minuendis ex causa pœnis statutorum procedere etiam quod iudex iurauerit, vt plerumque sit, statuta ciuitatis seruare, nam tñ iu-

ramentum magistratus ad equitatem reducendum est, nec præcise intelligi debet, argumento §. & equus in Auten, iusfirandum, quod præstatur ab eis. & id voluit expresse Bald. in l. & si senior. C. de fideicommiss. vbi etiam tradit Castren. & late Roman. in rub. ff. de arbitr. colum. 5. versic. item quia quamvis iurauerit, & in consilio 429. considero in proposita consultatione. & Franc. Aretin. in capit. at si clerici, §. de adulteriis, extra de iudic. & late tradit Guido Papa in decisio. 206. in hac ciuitate, & Land. in additio. ad Gaudi. in tract. maleficio. in titul. vtrum pena possit augeri, in princip. Et hoc confirmat text. in capitulo primo, extra de his, que sunt à maio. parte capit. tñ dum ibi habetur ex causa à consuetudine etiam iurata recedi posse. Et id ibide in notat Ioan. Andr. & Panormitan. ad statutum iuratum accommodantes.

Quarto limitatur in eo, qui ob filiorum grauamen, vel quia est paupertate oppressus, soluere non potest: nam licet iureiurando soluere promiserit, in periurium tamen non soluendo incurrit non dicitur, vt inquit Afflict. in decisio. 163. num. 3. vbi dicit, quod in eo casu Bart. opinionem, de qua supra diximus, sequeretur, arguendo à ratione c. breui, extra de iureiuran. At si debitor sit diues, & pecunias habeat, teneret opinionem glos. & aliorum in d. c. ad nostram. Et ideo subdit, quod cum in casu de quo ibi videretur conuentus pauper, iudicatum fuisse, secundum opinionem Bart. & sequacium, & Grat. in consil. 121. num. 4. vol. 1.

Quinto limitatur præcedens conclusio in fideiussore, vt inquit Grat. in consil. 121. num. 2. cum sequent. volum. 1. dum vult, vt fideiussor iurans solvere, compensare possit, arguendo à pluribus aliis casibus.

Sexto limitatur in debito superueniente, postquam quis soluere promisit, vt dixit Tindarus in tract. de compensatio. colum. 27. vers. & attende. & Soc. in l. Julianus. in fin. ff. de cond. & demonstr. & tradit Cotta in suis memorialibus, in vers. iuramenti religio, in vers. & 3. notab. colum. 2. & Alex. in consil. 12. colum. 2. & Felin. in c. veniens, in 4. notab. extra de testib. & Bar. in consil. 3. vol. 9. in 3. dub. colum. 2. & Ang. in l. si debitor. ff. qui potio. in pignor. habean. & in d. c. ad nostram, il 1. extra de testib. & Barba. in consil. 3. volum. 9. in 3. dubio. volum. 2. & Angel. in l. si debitor. ff. qui potio. in pignor. habean. & Abb. in d. c. ad nostram, il primo, distinguendo in aliquo casu opinio nem Bar.

Septimo limitatur, quando agitur de euitando pœnam & periurium, vt voluit Soc. in d. l. Julianus. & Ias. in l. eum qui, §. si iurauero. ff. de iureiusr. & Grat. in d. consil. 121. num. 5. vol. 1.

Octavo limitatur in fideiussore, qui promisit soluere, & iurauit & in sua promissione dixit, quod pro summa florenorum, & c. se & bona sua obligando aduersariis promisit, vt supra stipulantibus, & sic non apposuit verbum, soluere, in ipsa fideiussoris promissione. nam licet dicat, vt supra stipulantibus, si nec etiam in præcedentibus sibi solui stipulati non sunt, non debet magis subintelligi verbum, soluere quam satisfacere, vel verbum aliud, quod proprie conueniat compensationi. Imo verbum, quod magis fideiussori pro sit, subintelligendum est, cum fiat contra interrogantem interpretatione l. veterib. C. de pac. & notatur in l. quicquid adstringenda. ff. de verb. oblig. Imo dixit Grat. in d. consil. 121. num. 7. vol. 1. quod quando etiam verbum, soluere,

subaudiretur, attamen, adhuc iuramentum ad illud non extendi dicendum esset, cum iure iurando promiserit obseruare omnia & singula supra scripta. Verbum autem, soluere, si dicamus subaudiri, ut scriptum non sit, dicendum est, l. off. de his, quae in testis delen. Et ibi notatur, quod illud scriptum dicitur, quod oculis legi potest, non autem id, quod subauditur. Præterea subdit ibidem Grat. num. 8. quod quando etiam verbum, soluere subaudiretur & iuramentum ad illud referretur, posset in compensatione locum habere. Nam forma etiam quæ debet proprie adimpleri, per æquipollens adimpleri potest, cum subauditur, arguento eorum quæ dicit Castren. in l. i. C. ut quæ desunt adiuv. de ablativo absoluto, & tradunt recentiores in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pup. & recentiores in tract. de forma. Et sic cessat ratio, qua Dd. dicunt verbum, soluere iuratum, in compensatione non verificari, ex quo iuramentum ad instat formæ per æquipollens adimpleri non debet. Nam cum non fuerit expressum verbum, soluere, & aliud potius subaudiri debeat, & casu quo illud subaudiretur, iuramentum ad ea quæ scripta sunt, referendum esset: ergo nō ad aliud, & si ad illud referretur, per æquipollens adimpleri posset. Subdit autem Gratius, quod licet hæ declarationes sint nouæ, cum tamen sint secundum terminos legum & iuris, admittendas esse.

Nono limitatur conclusio præcedens in foro mercantili, in quo proceditur de bono & a quo, ex quitasue seruatur, l. Quintus ff. mand. & omnis rigor iuris cialis reiicitur ex forma statutorum loci: Et ideo dicitur præcedentem conclusionem locum non habere, cum fundatur in formæ rigore, & maxime in compensatione, quæ fundatur in exequitate, cum sit defensio à iure inducta, ut voluit Alber. in 4. parte statutorum, quæ ff. 92. & Nellus in tract. bannito. in q. 62. & recentiores in tract. compensatio. in princ.

C A P. CXIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iuramentum semper potest impleri per æquipollens, quando per pactum æquipollens idem omnino efficiens inducitur.

Décimo limitatur † præcedens conclusio, ut inquit Arete. in consil. 100. num. 4. in casu, in quo per pactum æquipollens omnino idem effectus inducitur ipso iure: nam tunc semper iuramentata per æquipollens impleri potest.

C A P. CXIV.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I V M.

- Periurus non est, qui iurat soluere Titio suo creditori, si Titius cessit ius suum Caio, qui petit, & debitor recusat ei soluere.

VNdecimo limitatur, ut dixit Corne. consil. 220. num. 4. volum. 4. authoritate Baldi in l. sed si hac, in princ. ff. de in ius vocan. † in eo, qui iurat soluere Titio creditori suo: Nam si fortasse Titius ius suum cedat Caio, & petat, & debitor qui soluere iurauit ipsi soluere recusat, ob id tamen in periurium non incidet, ut videtur sentire ibi etiam Pontanus: & sic vi-

detur ut per æquipollens impleri non possit, & fortasse dici possit non esse per iurum non soluendo alteri, si tamen velit soluere posse.

C A P. CXV.

A R G U M E N T U M.

Iuramentum obseruare nō tenetur, cui Iudex interdixit.

S V M M A R I A.

- Iurans soluere quodam tempore, non incidit in periurium si iudex ei ne soluat interdicat.
- Iussus iudicis excusat à periurio.
- Iussus iudicis, vel superioris excusat à mora.
- Authoritas superioris semper à quolibet iuramento excepta intelligitur.

Dodecimo limitatur, quando quispiam intra certum & determinatum tempus soluere promisit; Nam periurus non est, si iudex ei ne soluat interdicat, ut dixit Bertran. in consil. 117. num. 4. volum. 1. dum autoritate Hostiensis in summa, in tit. de iure iur. §. quod species, vers. item si vero. † & Archid. in c. dixit Dominus. 14. q. 5. Ratio autem ea fortasse esse potest, quia iussus † iudicis à periurio excusat, omnia alia 2. peccata, iuste possidet, vbi tradit gl. & sequuntur Dd. ff. de acquir. possit. & facit etiam tex. in l. fi. ff. de commis. quam Bal. reputat singularem in c. fi. in fi. extra de sequestratio. possit & fruct. vbi est tex. quod † iussus iudicis vel superioris excusat à mora. tum etiam, quia à quolibet iuramento superioris † authoritas semper excepta intelligatur. c. veniens, & ibi tradunt Dd. de iure iur. & l. Imperatores, in princ. ff. ad municip. ut suo loco multo latius dicetur, & tradit Dec. in l. non videtur, §. qui iussit. num. 2. ff. de reg. iur. & habetur in Decisio. Tholosa. 402. in sua additione.

Decimotertio limitatur, ut inquit Ant. Gabr. quando procedit obligatio ad factum, secus autem si factum simpliciter iuretur. ut voluit Imola in l. 2. in fi. princ. vers. adiuvante tamen ff. de donatio. & Rom. in l. hereditatem, colum. 1. vers. in gl. fin. cod. tit. & Butr. in c. 2. colum. 1. in fi. vers. ad secundum autem, extra de pingnor. & Ioan. de Anania in c. querelam, colum. 1. vers. nota locatorem, extra ne prelati vices suas. & Decius in d. l. si conuenerit, colum. 1. vers. non obstat, quod iuramentum. ff. de iurisd. omn. iudic. licet non firmet. & in c. 1. num. 23. vers. D. Antoniu. extra de iudic. & in consil. 46. col. 1. in princ. & sequen. & iterum Anton. de Butr. in c. 1. col. 16. vers. sed dubium est, si iurauerit. extra de iudic. vbi Abb. col. 9. vers. secunda quæstio est. & iterum Butrius in c. per vos. col. 3. in princ. vers. idem & fortius, extra de arbitr. & Corn. in consil. 256. col. 1. in fi. & seq. vers. his tamen non obstantibus. volum. 4. & Aymon Crauet. in consil. 12. vers. circa personam.

Decimotertio limitatur in herede iurantis: nam heres ratione iuramenti authoris ad factum præcisè compelli non potest, ut dixit Bal. in prelud. feudo. col. 4. vers. in iuramento autem. & refert & sequitur Corn. in consil. 256. col. 1. in fi. vers. tamen his non obstantibus. vol. 4. Sed de hoc suo loco tractabitur.

C A P. CXVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- Iurans soluere intra certum terminum, sciens soluere non

non posse, & cedat bonis, & ideo non soluat, an incidat in perjurium.

Quærendum præterea est in hac materia, si quis intra certum † terminum soluere iurauerit, scius id adimplere non posse, sed interim cedat bonis, & ideo non soluat, an incidat in perjurium? Et Bal. de hac questione querens in libro statutorum, in verbo, iuramentum, inquit non incidere, per text. in c. Odoardus, extra de solutio. Subdit tamei deinde potius ex ipso principio perjurum videri, ex quo in conscientia veritas deest, & sic quod contra prædicta perjurus sit, argum. l. penult. ff. de iure dot. Et idem existimare, si temere posse soluere crediderim, cū non possem, cum desit iudicium & discretio. Contrarium tamen deinde existimat Bal. quia pendente termino non sum perjurus propter dilationem. l. si stipulatus sum mihi à Proculo. ff. de verb. oblig. & adueniente termino pariter non fit perjurus propter cessionem, quia res non permanet in eodem statu; & ideo subdit notandum, quod generalis intellectus & communis præsumptio hominum tacite intelligitur in iuramento, in d. c. veniens, vbi Innoc. extra de iure iurant. & l. si prius. §. recte placuit, ff. de aqua pluvia arcen. & l. cum delanionis, §. asinam. ff. de fundo instruet. & l. anniculus, in princ. ff. de verb. signific. Item hanc conclusionem tenet Bald. in l. si. C. de non num. pecun. Subdit tamen Bald. animaduertendum esse, quia in casu cessionis res non permanet in suo statu, causa & defectu promittentis, ac etiam quia promittentes scienter illud, quod obseruare non potest, & sic soluere quod non potest, dolose facere dicitur: & ideo licet non possit compelli præcise ad soluendum, videtur saltem in perjurium incurrere, ne iuramentum sit vinculum iniquitatis, ut infra suo loco dicetur.

C A P. CXVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Vendiderit si quia domum & iurauerit emptori litem non mouere, si deinde alicui cedat iura, qui emptori litem moueat, an ipse venditor & iurans incidat in perjurium.

Quæritur præterea prosequendo hanc materiam propositam, † si quispiam vendiderit aliqui domum, & ei litem non mouere (vt plerunque accidit) promiserit; si accidat vt ipse venditor, qui promisit iure iurando litem non mouere, cesserit iura alteri, qui emptori litem mouit an ipse venditor qui litem non mouere iurauit, in perjurium incidat. Et Speculator in tit. de arbitrio. §. sequitur, versic. sed pone, in compromiso. dicit, quod in poenam incidit, prout Speculator refert & sequitur Rom. in l. sed si hac, in prin. ff. de in ius vocan. Ibi tamē B. l. notat ex gl. in casu contrario, quod ille qui iurauit soluere Titio, si Titius alteri cedat iura sua, non dicatur perjurus, si non cedat cessionario, vt supra vidi mus, propterea quod ipse fidem frangere non dicatur. Hanc opinionem sequuntur Raphael Fulgo & Roman. ibi. Id tamen Bal. ibi non firmat, sed cogitandum relinquit.

C A P. CXVIII.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Soluere si quis iurauerit Titio infra mensem, & interim Titius excommunicetur, & ideo ei non soluat, an iurans incidat in perjurium.
- 2 Excommunicatus est bannitus à communione hominum.

Væsiuit etiam Barbat. in c. intelleximus, num. 60. Extra de iudic. autoritate Bald. de hac quæstione: † Quispiam iurauit soluere Titio infra mensem: interim accidit, Titium excommunicari, & ob id ille qui iurauit in eo tempore Titio soluere, ei soluerit: an incidat in perjurium? stante huiusmodi specie, dicit Barbat. in eo loco determinare, † quod ex quo excommunicatus dicitur à communione hominum bannitus, vt est tex. in c. 1. §. 1. incipiente, consuetudo regni, in tit. hic finit. lex, in v. sib. feudo. Subdit tamen Barbat. eodem in loco, non parum mirari quod Bart. non deduxerit glos. quæ mirum in modum disputat hanc questionem in c. nos sanctorum. 15. q. 6. dum ibi ait, excommunicato soluendum non esse; dicit tamen Innoc. tenere contrarium in c. veritatis, extra de dolo & contum. videlicet quod immo perjurus dicatur, si non soluat. verum refert se ad ipsum c. intelleximus.

C A P. CXIX.

A R G U M E N T V M.

De mora in quam constituitur, qui iurauit & de eius purgatione.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum constituit in mora sine interpellatione.
- 2 Interpellatione saltē extrajudiciali opus est, ad quem in mora constitundum.
- 3 Iuramentum continua interpellationis vim habet.
- 4 Iuramentum, nisi præstitum sit super debito iam contracto, debitorem in mora non constituit.
- 5 Iuramentum mora purganda facultatem excludit.
- 6 Conditionis aduentus, an & quando in mora constitutat.
- 7 Purgatio mora, cur inter mercatores licita, re integrata, iuramento non obstante?
- 8 Causa iusta à mora & pena excusat.

Antonius in tract. communium opinionum, lib. 2. de iuramento, conclusio. 2. inquit magis communem opinionem esse, † vt iuramentum in mora sine interpellatione constitutum, vt voluit Specul. in tit. de aduoca. §. 1. versic. sed nunquid is, qui iurauit. & tradit Ioan. Andr. in c. breui, extra de iure iurant. vbi se refert ad notata per Specul. in loco predicto. vbi idem voluit Butrius, colum. 1. in fi. & Abbas colum 2. & Imola col. 1. in fi. & sequitur Bremen. afferens aureum esse dictum, & ideo valde notandum, in singul. 122. & Alexan. in l. 2. §. fi. in fi. ff. soluto matrim. & Aret. in conf. 250. vissi diligenter, col. 4. & Curt. iun. in tract. de feud. in 4. parte, col. 24. in causa 36. priuationis, & Corset. in rub. de iure iurant. in 4. privileg. & Ant. de Butr. in tract. de iure iurant. in 7. speciali, & Barbat. in c. fi. in 5. fallent. vbi etiam Anton. Burgo, col. 5. extra de emptio. & vendit. & rursus idem Barbat. in c. ex literis, col. 10. extra de constit. & Card. Alb. in l. si. qui pro eo, num. 2. versic. item iuramentum ff. de fidei inffuso. & las in l. quod te, col. 8. versic. iuxta predicta quæsto. ff. si cert. pet. & hanc opinionem sequitur, & dicit esse

communem ibidem num. 11. & Purpur. colum. antepenul. versic. septimo exemplificatur. & Claudius in l. non solum §. morte, colum. 16. versic. aliam nota limitationem. ff. de oper. noui nuncia. & hanc eandem conclusionem communem esse dicit Gomes. in §. item si quis postulante, colum. 6. Instit. de actio. Et idem sentit Felin. in c. ex rescripto, colum. antepenult. & fin. extra de iure iurian. vbi prius dixerat iuramentum operari, vt quis promisisse se facturum & curaturum videatur, licet deinde dicat, vt quando promisit se facturum & curaturum, interpellatio necessaria non sit. Hanc eandem conclusionem sequitur Gozad. in consil. 17. col. 3. & in consil. 31. col. 1 & sequen. & in consil. 57. col. 3. & Cassa. in consuet. fol. 210. col. 4. & Ioa. Lopez in c. per vestras. §. fin. car. 90. num. 35. extra de donat. inter vir. & uxor. Præterea addendo prædictis hanc eandem opinionem sequitur Rom. in sing. 449. & vult, vt vbi cunque ad est iuramentum, interpellatione opus non sit, propter quod ipsum interpellat p. homine, vti dies, vt dixit idein Butrius in d. c. breui, extra de iure iurian. & id inquit notandum esse pro limitatione l. quod te. ff. si cert. pet. & l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. vbi habetur quod ad constituendum debitorem in mora interpellatio saltē extrajudicialis necessaria est. l. qui Rome. §. coheredes, versic. testamento, in glos. nota. ff. de verborum obligatio. Et dixit Clemen. in d. l. quod te. ff. si cert. pet. Si tamen adsit iuramentum, inquit alia interpellatione opus non esse, & ideo habetur in decisi. Pedemon. 49. num. 7. † quod iuramentum habet vim continuæ interpellationis, p. ea quæ voluit Ioa. Andr. & sequitur Abbas in d. c. breui, num. 5. extra de iure iurian. & las. in d. l. quod te, num. 22. & 24. ff. si cert. pet. & ibidem Decius num. 11. vbi dicit ita Doct. communiter tenere. & Salyc. in l. non solum §. morte, colum. 16. ff. de oper. noui nunci. & Bauerius in tract. de virt. iuramen. priuileg. 7. & Rtpain l. 4. §. Cato, num. 58. & in l. si insulam, num. 9. ff. de verb. obligatio. & Gozad. in consil. 57. num. 11. post Ioa. And. Imo. ab eo relatum, & Aymon. Crauet. in 57. num. 2. & Afflict. in decisi. 174. num. 5. quem refert & sequitur Viuius in suis communibus opinionibus, in verbo, mora, asserens eam esse communem opinionem. & Villalobos in suis communibus opinionibus, in verbo, iuramentum, num. 122. Et pro hac opinione videtur text. in terminis in l. sancimus. C. de fidei usq. vbi aduersus spondentem aliquem intra certum tempus exhibere, lapso tempore datur actio pœnalis, & ex consequenti in mora constituitur primi temporis lapsu, & si intra illud tempus moram purgare possit. Subdit præterea in d. decisi. 51. in eodem num. 7. cum seqq. in contrarium adducta non obstat. Præterea Petr. Loriotus in tract. de mora, axioma. 14. inquit, q. vbi creditor est priuilegiatus, vti sit minor. l. minorum. C. in quibus caus. refit. Item Ecclesia, vt ait glos. in §. item mixta, in verbo, indicium, Instit. de actio. Item & fiscus. l. cum quidam. §. fiscus. ff. de vsur. & dos biennalis. l. fin. §. præterea. ff. de iure dot. debitor absq; vlla interpellatione in mora constituitur, non securus ac quando se soluturum iutauit. c. l. §. licet, in tit. si de feudo defun. præterea quod iuramentum, vt supra diximus, habet vim litis contestationis. Et in axioma. 15. inquit, iuramentum, nisi præstitum sit super debito iam contracto, † debitorem in mora non constituete, vt dicunt Doct. in l. vinum. ff. si cert. pet. ne eodem tempore quis obligetur, & in mora constituantur, argumento l. quod diximus. ff. de solutio. Ille autem, qui dare iurat, cum requisitus fuerit,

antequam requiratur, in mora non constituitur. cap. 1. in verbo, requisitus, in tit. de noua formalib. Item quod iuramentum absque vlla interpellatione in mora constituit, voluit etiam Portius Imol. in consil. 5. num. 42. & Alciat. in l. quisquis, in versic. mox comoda. C. de transact. & Marcus Anton. Natta in consil. 262. num. 20. vol. 2. qui dicit eam esse rationem, quod iuramentum habet vim litis contestationis, sed dubium non est litis contestationem debitorum in mora constituere. l. si in Asia, in fi. ff. depositi. idem voluit Cassa. super constitutio. Burgun. §. 23. colum. 792. num. 6. Præterea hanc eandem conclusionem sequuntur Ripalib. 3. de donatio. & grat. perfic. & reuocan. cap. 7. num. 1. vbi inquit iuramentum continuo interpellare, quia ea vim habet. & idem quoque firmat Neuiz. in consil. 87. num. 20. & idem voluit Guliel. Bened. in cap. Raynitius. super versic. testimoniū, il. 3. num. 28. dum ait, quod vbi apponitur iuramentum, ibi nulla interpellatione opus esse, ad hoc vt debitor in mora constituitur, & ita inquit voluisse Barbat. in cap. fin. colum. 4. extra de emptio. & vendit. qnod si vendor iuret defendere emptorem in lite mora, tenetur de euictione, si litem motam esse sciat, & non accedit ad eum defendendum. & si alioquin non teneretur, nisi emptor ei litem motam esse denunciasse. l. emptor, vbi Bartol. G. de euictio. & Dynus in cap. cum qui certas, de reg. iur. in 6. Nam quando iuravit, satis requisitus censemur à stimulo iuramenti, quod eum impellit pro emptore, & id inquit memoria mandandum esse propter consuetudinem Notariorum, qui in omnibus penne instrumentis venditionum iuramentum apponunt: & quod vbi est appositum iuramentum, alia interpellatio non requiratur, tradit iterum Gozad. in consil. 31. num. 7. vbi refert Alexan. in l. 2. §. voluntate. ff. solut. matrim. dicendum quod licet vendor ad hoc vt teneatur emptorem defendere in causa euictionis, vt ab emptore interpelletur necesse sit, vt dixit Bart. in l. denuncia. ff. ad l. Iuliam. de adult. & in l. absentem. ff. de procurat. Attramen si iuramentum in contractu apponatur, & sciat vendor litem motam, absque interpellatione emptorem defendere debere, alioquin dicitur in mora constitutus, & eam purgare non potest, vt dixerunt Bar. Alexan. & alii in d. l. si quis maior. C. de transactio. & Bart. & alii in l. si insulam. ff. de verb. obligatio. Præterea quod iuramentum in mora constituit, tenuit etiam Cardin. Alb. in l. si quis pro eo, num. 2. versic. item iuramentum. ff. de fidei usq. & vult ut absque vlla interpellatione in mora constituit. Item hanc eandem conclusionem sequitur Marcus Anton. Bauer. in tract. de mora, in 2. parte, num. 20. & 21. Item eandem conclusionem tenet iterum las. in d. l. quod te, num. 22. ff. si cert. pet. & late tradit Anton. de Petritia in d. l. 1. num. 232. ff. de iure iurian. & Anton. Rsb. Alexan. in l. hoc editio. §. morte, numero 424. cum sequen. ff. de oper. noui nunci. & Iacob. de Nigris in d. l. si insulam, num. 292. cum sequen. ff. de verb. obligat. & Rolan. à Valle in consil. 25. num. 21. & 22. & Parpal. in d. l. si quis maior, num. 87. in fin. C. de reuocan. donat. & tradit August. Berous in c. potuit, num. 135. extra de locato. & Gozad. in consil. 31. num. 7. & las. in consil. 10. num. 2. vol. 1. & voluerunt Bar. Ang. & Salyc. in l. si quis maior. C. de transact. vbi Alex. & alii, & tenet Bar in d. l. si insulam, in §. quæst. ff. de verb. oblig. & idem confirmat in mola. & idem tenet Bal. in l. si pacto quo pœna, in fi. C. de pact. & in l. si post tres, in lectura. ff. si quis cautio. Et haec est v-

est vera & communis sententia, licet Castr. in d. l. si quis maior. C. de transact. & Ias. in d. l. si insulam, in hoc varie loquuntur sint, moti aliquibus leuibus rationib. quibus respondent recentiores in d. l. si quis maior.

Hanc eandem conclusionem sequitur August. Berous in consil. 98. n. 25. vol. 1. vbi inquit iuramentum appositi in instrumento emphyteutico de soluendo canonem, & de petendo renouationem singulis 29. annis, ipso iure caducitatem inducere absq; alia declaratione, argumento l. si quis maior. vbi tradit Alex. & sequuntur recentiores, C. de transact. & Abbas & Bal. in c. querelam, extra de iure iuri. Et rursus idem Berous in consil. 119. num. 11. vol. 1. pariter dicit pactum iuratum in instrumento emphyteutico efficere, vt contraueniendo ipso iure cadat, nec moram purgare possit, vt ibi per eum. Et iterum Berous in consil. 158. n. 15. eod. vol. 1. inquit, quod licet emptor in re empta non vexetur, contractui & promissioni contrauentum non dicatur, & ideo remedio d. l. si quis maior, agere non possit, quae solum, quando promissioni vel cōtractui contra fit, locum habet, vt inquit gl. in clem. 1. extra de prescriptio. Id tamen vbi iuramentum adest, locum non habet, propterea q; tunc etiam antequam quis vexetur, cōtractui contraueniri dici potest, si promissa nō fuerint obseruata: & quis tñ mora faciendi illud, quod promiserat sit, vt ibi tradit Berous. Itidem quod iuramentum efficiat, vt interpellatio non requiratur, tradit Cephal. in consil. 118. num. 19. vol. 1.

Non solum autem iuramentum quem in moram inducit, sed etiam quod plus est, moræ + purganda facultatem excludit, vt voluit Rom. in singul. 449. & Alex. in consil. 158. n. 5. vol. 2. & dicit esse commune dictum Legistarum per tex. in d. l. si quis maior. C. de transact. Id tamen in foro iudiciali locum habere arbitratur: & an sit idem in foro pénitentiali, inquit notare gl. singul. in c. apud misericordem, per illum tex. 32. q. 1. & ibidem in additione refertur alia gl. in c. beatus. 22. q. 2. & sequitur idem Rom. in consil. 427. in proposito. & Dd. in d. l. si quis maior. vbi Cagno. num. 152. & in l. si insulam, vbi Ripa. num. 93. & in l. fin. quast. 32. C. de reuocan. don. at. & in l. 4. 5. Cato, vbi Alciat. n. 126. ff. de verb. oblig. & Decius in consil. 138. & in consil. 452. n. 15. Quibus in locis querunt, an illud singulare in foro pénitentiali locum habeat, an in foro contentioso, etiam de iure canonico, declarando tex. in c. suam, extra de pénis. & eam gl. singularem dicit etiam Lanfranc. in c. quoniam contra, in vers. testium productio, num. 136. vbi Celsus inuehitur contra alium quendam Iureconsultum. Præterea, q; moræ purgationem tollat, tradit Ant. à Leutis in consil. 18. n. 14. & n. 43. in 2. vol. consil. crimin. diuersi. Et ideo dixit Ripa lib. 3. de donatio. & grat. perfic. & reuoc. c. 7. num. 1. iuramentū continuo interpellare & eā vim habere. Et idem quoque dicit Neuiz. in consil. 87. num. 20. & Guel. Bened. in c. Raynuttus, super verbo, testamentum, il 3. num. 28. dum ait, quod vbi apponitur iuramentū interpellatione opus non est, ad hoc vt debitor in mora constituatur. Et ideo subdit Barbat. voluisse in c. fi. col. 4. extra de emptio. & vendit. quod si venditor iurauit defendere emptorem à lite mota de evictione tenetur, si item motam sciuierit, & ad defendantum non accedat, & si alias non teneretur, nisi emptor item motam ei denunciasset. l. emptor, vbi Bart. C. de euictio. & Dynus in cap. eum qui certas, de reg. iur. in 6. Quandoquidem iurans satis requisitus

censetur ab ipso iuramenti stimulo, qui eum proemptore impellit. Item quod iuramentum moræ impedit purgationem, dicit Grat. in consil. 76. n. 53. vol. 1. & quod statim in mora constituat, idem Grat. in consil. 139. num. 11. vol. 2. & quod impedit purgationem moræ, tradit Corn. in consil. 178. n. 5. vol. 1. & rursus idem Corn. in consil. 208. num. 14. vol. 1. & Ripa in l. si insulam, num. 90. & 91. cum sequen. ff. de verb. oblig. Præterea quod vbi iuramentum in contractu apponitur, interpellatio necessaria non sit, voluit etiam Marcus Anton. Bauerius in suo tract. de mora, in 2. parte, num. 20. & 21.

Putat tamen Bauerius id verum non esse, per ea quæ dixit Bart. supra, videlicet quod quādo eodem tempore obligatio cōtrahitur & iuratur, iuramentum vim interpellationis non habeat, nec debitorem in mora constituat, sed noua interpellatio necessaria sit, propterea quod absonum in iure videatur, vt quis eodem tempore obligetur, & in mora constituatur. l. quod dicitur ff. de solutio. & tradit Ant. Rub. Alex. in l. hoc edito. §. morte, num. 424. cum sequen. ff. de oper. novi nunc. Id præterea ex eo confirmat Bauerius, quod in simili dicitur aduentum in mora constituere: nam intelligendum est, si obligatio sit pura, exactio vero in diē collata. secus vero si obligatio & exactio in diem collatae sint: Nam tunc diei aduentus debitorem in mora non constituit, ne in illud absurdum incidamus, quod eodem tempore quis obligetur & in mora cōstituatur, vt dixit Bart. in l. ita stipulatus, in 2. quast. princ. ff. de verb. oblig. Et facit illud, quod dicunt Dd. post. Bart. in l. quoties. ff. de solutio. dum volunt, vt aduentus + conditionis nunquam in mora constituat, nisi prius nascatur actio vel obligatio. l. cedere diem. ff. de verb. oblig. eadem ratione, ne quis eodem tempore obligetur & in mora constituatur. & ideo inferebat Bart. in d. l. si iuramento, ad intellectum statutorum in Tuscia existentium, quæ disponunt, vt instrumenta garantigata sententia vim habeant, & ideo inde inferatur, vt debitor in mora constitutus cēseatur, curi non solum sententia, sed litis quoque contestatione debitor in mora constituatur. l. si insulam. ff. de verb. oblig. & l. 1. & 2. C. de pet. hared. cum similib. Verum prædictis non obstantibus, si eodem tempore debitum contrahatur, & in instrumento garantigæ clausula apponatur, debitor in mora constitutus non dicetur, propterea quod absonum reputatur, vt quis eodem tempore obligetur & in mora cōstituatur, & ideo noua interpellatione opus est. Ex hac igitur doctrina Bar. ita declarata inferendum videtur, vt si quis eodem tempore obligetur, & iuret, iuramentum interpellationis vim non habeat, & ideo debitor in mora non constituat: si vero diuersis temporibus contrahatur, vt quia vno tempore obligatio, & alio actio oriatur: tūc debitor solo iuramento in mora constituatur. & ratio est, quia cessat illud absurdum, quod eodem tempore quis obligetur & constituatur in mora. His ita in iure existentibus, non obstar illud quod ex Butrio, Innocen. & Imola obiciebatur: Quia respondet eorum dictum potius ipsorum authoritate, quam iure substituetur. Hanc responsionem confirmat Alex. in d. l. 1. §. voluntate. ff. sol. matr. dū inquit hanc doctrinam in vasallo iurante dominum defendere, locum habere posse: qui etiam non requisitus defendere tenetur. d. c. licet, in tit. si defendo fuer. controvrs. & in c.

I. in tit. de noua forma fidel. in aliis vero iuribus eorum in agis autoritate quam ratione substinetur. Subdit tamen, quod in iudicio & cōfusando plurimum posset eorum authoritas. Cōfirmat præterea Bauerius suam opinionem ibidem, n. 23. dictum Alex. in d. l. quod te ff. si cert. per. vbi prædictorum doctrinam reprobatur ex eo quod d. c. licet, & d. c. i. loquantur in illis, & specialiter in vasallo constitutum est, qui sacramento fidelitatis astriclus dominum adiuuare tenetur: Nam si immineat domino magnum periculum, constituitur in mora absque alia interpellatione, & tenetur dominū adiuuare, & ideo in contrarium esse ius commune, in aliis iuribus dubium non est: Quibus adducitur illa ratio, quod periculū est in mora, imminente magno periculo: & ideo constitutum est ut absq; alia interpellatione quam primum sciuerit, in mora constituatur. Subdit præterea Bauerius hanc conclusionē ex iis confirmari, quæ dixit Aret. dum vult, vt hæc Butr. doctrina & sequacium in casu suo locum habere possit, vt puta si quis ecclesiam defendere vel ei soluere iurauerit: nam quamprimum senserit oportere etiam nō interpellatus eam defendere & ei soluere tenetur: & id ea ratione, q; in ecclesia speciale sit, vt eius debitor absque interpellatione in mora constituatur, vt est gl. singularis in §. item mixta. Instit. de actio. alias autem, vt ipse arbitratur, contrarium dicendum est, tex. in c. l. §. paratiōes. in tit. hic finit. lex Conrad. & d. c. licet. Rursus ibidem Bauer. ad hoc refert illud, quod voluit Aret. in l. sit a stipulatus. ff. de verborum obligatio. Vbi cum huius dicti Butr. & sequacium mentionem faceret, inquit illud esse notabile, si esset verum: & ideo non modicum de eo dicto dubitasse videtur. Vnde & ipse motus authoritate tantorum virorum contrarium tenentium illud dictum verum non esse assere ausus est. Verum subdit, si illud tueri velimus, vt in casu suo procedat, dicendum esse, vt puta quādō obligatio pura est, effectus vero obligationis collatus in aliquam necessitatem superuenturam: Nam tunc superueniente necessitate, vtique iuramentum interpellare dicendum erit, propterea quod eodem tempore quis obligatus & in mora constitutus non videtur, sed diuersis, videlicet uno obligatus, & alio in mora constitutus. & ita concordant doctrinam Bart. Butr. & sequaces, & ita alias subdit Bauerius alias in facto allegationes fecisse, & in facto obtinuisse. Bartol. autem pro declaratione prædictorum in d. l. eum qui §. si iurauero, il. ff. de iure iur. inquit: Aut res non extabat tempore iuramenti, aut postea extare desit. Primo casu aut reus sciebat non extare, & tunc teneatur. I. duobus. §. fin. ff. de iure iur. aut ignorabat, & tunc aut mora præcessit interitum, & tunc tenetur, vt in 2. responso. §. si iurauero. & facit text. in l. inter stipulat. tem. §. penult. ff. de verborum oblig. & l. promissor. la 2. ff. de constit. pecun. Aut non præcessit mora, & tunc non tenetur, vt in d. §. si iurauero, il. 1. in princip. si vero res postea periit, & tunc dixit Bar. quosdam velle indistincte reum teneri, quia iuramentum habet vim contestationis. I. nam & postea. §. si is, qui ff. de iure iur. sed re perempta post contestationem periculum pertinet ad reum sine dubio. Ergo, &c. & ita tenebat Guil. de Cuneo. Sed Iacob. Butrig. melius dicere ait, videlicet quod aut debitum præcessit iuramentum, & tunc verum esse dictum Guil. Aut non præcessit, sed per ipsum iuramentum est con-

tractum, & tunc iuramentum moram non inducere, quia conueniens non est, quod vno & eodem tempore quis obligetur & constituatur in mora. I. quod dicimus. ff. de solut. Et hec dicit Bar. esse multum notanda. Stantibus supradictis cōclusionibus, plures limitationes tradunt Doctores: & primum quatenus cōclusum fuit, vt iuramentum impedit moræ purgationem, vt id non procedat, stante aliqua iusta causa moræ purgandæ, vt dixit Imola in loco suprarelato, & Ang. in l. & si post tres. ff. si quis cauio. & Decius in consil. 138. col. fi. Dicit tamen Ripa eodem in loco, dubitare de qua iusta causa impedimenti intelligendum sit: Nam si de iusta causa impedimenti, & tunc limitatio dubium non habet, propterea quod legitimū impedimentum excusat à pœna. I. 2. ff. quis cauio ac etiam à perjurio. I. si. ff. qui satisfid. cogan. & voluit gl. in c. si vero, extra de iure iur. Aut vero de iusta causa impedimenti negocium cōcernente, & tunc aut illa est talis, quod purgationem impedit, & tunc inquit distinguēdum esse: Nam si actoris non interest, & tunc semper videtur subesse causa purgandi moram. d. §. sequitur.

Secundo hanc conclusionem limitat Ripa, vt non procedat de æquitate canonica: nam secundum eam vbi non interest actoris, semper admittitur purgatio moræ, secundum Bal. in l. qui crimen, q. II. C. qui accus non poss. & Butr. & Imola in c. dilecti, extra de arbitri. & Alexan. in d. l. si quis maior. non procedit de æquitate canonica & Decius in d. consil. 138. colum. 3. Et ideo infertur, quod in terris Ecclesiæ moram purgare semper liceat: si aduersarius non sit damnum passus ob ipsam moram, vt refert & firmat Steph. Bertran. in consil. 142. viso casu, volum. 1. Subdit tamen Ripa eodem in loco, contrarium tenere Alex. in d. l. si insulam. quia cum non reperiatur decisum contrarium de iure canonico, seruanda est dispositio l. si quis maior, etiam in foro canonico. cap. 1. extra de noui oper. nun. Et ita tenendo inquit non obstatre auctoritatē gl. in d. c. apud misericordem, 32. quest. 1. & in c. beatus 22. quest. 2. & eadem auctoritate mouetur Bal. ex quo loquitur in foro poli, nos autem in foro fori, secundum Rom. in d. consil. 427. & in singul. 444. iuramentum, & c. Vel potest dici, vt inquit ibidem Ripa, opinionem Bal. & sequacium quo ad euitandas pœnas legales, locum habere, c. ex literis, extra de constitut. secus vero quo ad pœnas conuentionales, d. l. si quis maior, vt distinguit Corn. in consil. 121. quamquam videatur, colum. fin. volum. 1. Vel potest prædicta conclusio procedere in mora commissa pro re modica, propterea quod tunc ad euitandam magnam pœnam de æquitate canonica moræ purgatio semper permissa est: & ita procedat text. in d. c. sua, extra de pœn. prout illud intelligit Hostien. ibi. & in summa, tit. de arbitri. §. sed qualiter. versic. sed nūquid, siue loquatur in compromisso. Et ita declarat Anton. à Butr. in c. dilecti. colum. penult. extra de arbitri. Et hanc conclusionem sequuntur Alex. & Iac. in d. l. si quis maior. C. de transactio. quia cum ius canonum æquitate potissimum nitatur. cap. dilecti, extra de iudic. merito satis & quam videtur, vt quis moram purgare possit, non obstante iuramento, si aduersarius damnum passus non sit. Et id volunt etiam Aret. & Imola in d. c. dilecti, extra de iudic. & Bal. in l. si pacto, quo pœnam colum. penult. C. de pact. & idem tenet Zanner. in cap. 1. extra de accusatio. in differen. §§. inter ius ciuite & canonicum, pertex. in d. c. suam,

suam, extra de pœnis. & consuluit Alexand. in consil. 276. videndum. & sequitur Decius in consil. 138. diligenter, & pro tenui. col. 4. & idem tenet Pontan. in d.l. si insulam. & ierum Zannet. in d.c. 1. different. 120. qui referit gloss. in d. cap. fraternitatis. 12. quest. 2. & idem quoque tenet Curt. in tract. feud. in 4. parte. quest. 23. & sequitur Lanfranc. in d. cap. quoniam contra. col. 94. in versic. testium depositiones. per gloss. in d. cap. apud misericordem, & Decius iterum in consil. 351. in sermone Concilii Pisani. col. 17. inquiens quod ad pœnam extrinsecam moræ purgationem admitti, per text. in d. cap. suam, extra de pœnis. Vnde his stantibus infert Parpal. in d.l. si quis maior, not. 24. C. de transaction. quod semper potest mora purgari, vbi adest iuramentum: quia iuramentum est quid spirituale, cuius cognitio spectat ad iudicem ecclesiasticum. cap. fin. de foro compet. in 6. & in cap. cum sit generale, de foro compet. Et ideo in materia iuramenti cum agatur de peccato, iuramentum semper attendendum est, ut dixit gloss. in dicto cap. possessor, de reg. iur. in 6. vnde etiam in terminis imperii eadem ratione mora semper purgari posset.

Contrarium vero opinionem, quod imo de iure canonico stante iuramento purgatio moræ non admittatur, etiam in casu dictæ l. si quis maior. C. de transact. tenet Alexand. in d.l. si insulam, col. 14. in 7. fallent. princ. ne inducatur discrimin inter ius ciuile & canonicum, cum alioquin dicendum esset, vt d. l. si quis maior, de iure canonico correcta esset: id quod cum expressum non reperiatur, dicendum non est. l. præcipimus. C. de appell. & Bald. in d.l. qui crimen. Idem tenet per gloss. in d. cap. apud misericordem. quæ loquitur in foro conscientiæ, secus in foro contentioso, secundum Alexan. & ita illam gloss. quod scilicet procedat in foro conscientiæ, declarauerunt antea Alex. & Rom. in consil. 447. iuramentum excludit. Et rursus idem Roman. in consil. 427. in proposito casu. durnait, pœnam spiritualem euadi posse non obstante iuramento: secus vero pœnam temporalem, & ita etiam declarat Corsetus in rub. de iure in. in 3. quest. princ. & Parpal. in d.l. si quis maior, in notab. 23. & Corn. in consil. 121. quamquam videtur, col. penult. vol. 1. E: hanc opinionem, quam tenet Alexand. in d. l. si insulam, sequitur etiam Corn. in dicto consil. 121. quamquam, col. 4. vol. 3. tenens quod in terris Ecclesiæ de iure canonico mora purgari non possit, vbi adest iuramentum, & inquit Bald. d.l. qui crimen, dum tenuit contrarium iure villo non moueri, sed illud ex suo capite dicere, cum referat gloss. in d. cap. apud misericordem, quæ loquitur in foro pœnitentiali: & ibi responderet Corn. in d. cap. ex literis, extra, de confit. quod loquitur vbiq; ptopter contumaciam communione fidelium priuatur, & sic vbi adest pœna legalis, & ideo si facilime mora purtur, mirum non esse: secus vero, vbi tractatur de pœna conventionali. Et ratio est, quia durius agitur cum lege, quam cum homine. Hanc præterea opinionem, quod mora non possit purgari in casu l. si quis maior, firmat etiâ Bellamera in consil. 9. factum est tale, col. 2. & 9. quia in casu d.l. si quis maior, executio à lege fit, & vbi executio fit à lege, mora purgari non potest, vt latius ibi habetur.

Tertio limitat Ripa in loco predicto, vt procedat in iuramento de non contraueniendo, & ita loquatur d.l. si quis maior. C. de transact. Secus vero in iuramento assertorio, quo promissor iurauit omnia

fuisse & esse vera: Nam tunc iuramento contrauenire non dicitur, si velit deinde moram purgare, vt in simili dixit Imola in cap. cum contingat, in 7. memb. extra de iure iururan. & Ias. in l. nemo potest, col. 7. ff. de leg. 1. ex his infert, quod t̄ inter mercatores re integra t̄ semper sit licita moræ purgatio non obstante iuramento, ex quo inter illos de æquitate proceditur, vt dixit Bart. in l. fideiussor, §. quedam. & in l. Quintus ff. mandat. & idem confirmat Thom. Parpal. in d.l. si quis maior, nota 23.

Quarto limitatur ex iis quæ dixit Corn. in consil. 121. quanquam videatur, col. fin. vol. 1. Nunc voluit iuramentum im pedire moræ purgationem, quando ex conuentione & in obseruantia iuramenti aduersarius eius esset aliquid consecuturus, prout loquitur in d. l. si quis maior, C. de transaction. ibi, emolumento quod fuerat consequitus. Secus vero si aduersarius non esset aliquid consequitur ex inobseruantia iuramenti: nam tunc non potest dici, quod sit facta executio, & ideo mora purgari poterit. Verum Iacob. de Nigris hanc limitationem non probat, quia stante hac ratione dicendum esset, vt iuramentum ex se solum non haberet effectum, vt impedit moræ purgationem, quod tam verum non est, & contrarium vt supra dictum est, communiter tenetur.

Quinto limitatur illa conclusio, de qua supra, quod vbi adest iuramentum impeditur moræ purgatio ex iis, quæ dixit Bald. in cap. ex literis, col. 2. ex tra de confit. vt procedat, quando iuramentum apponitur respectu cōtractus, prout loquitur d. l. si quis maior, C. de transaction. Secus vero in iudicialibus. Nam illis licet adsit iuramentum, mora purgari potest, quia in iudicialibus mitius agitur, quam in extra-iudicialibus, quo ad purgationem moræ. l. & si post tres. ff. quis cauio. & Bart. in dicta l. si insulam, in 4. oppositione, 1. partis. & idem videtur voluisse Bald. in dicta l. qui crimen, quest. 11. C. qui accusar. non poss. & ita intelligitur text. in c. ex literis extra de confit. & sequitur Parpal. in d.l. si quis maior. Sed hanc limitationem reprehendunt recentiores Perusini, quia tex. in d.c. ex literis, loquitur in decisiis iudiciorum, & in decisiis durius agitur quo ad facultatem purgationis moræ, licet sit secus in præparatoriis, secundum Bart. in d.l. si insulam, in 8. opposit. 1. part. Hoc etiam dictum reprobat Claud. Seisel. in d.l. si insulam, col. 9. quia in actu iudicario, qui est fortior & maioris vis quæ actus extra iudicialis. l. cum ostendimus. §. fin. ff. fideiussor. tutor. & notatur in rub. ff. de verbis. obligat. Et sic concludit multo magis impediti moræ purgationem in actu iudiciali propter vim iuramenti, quam in actu extra iudiciali.

Sexto limitatur prædicta conclusio, vt inquit Iacob. de Nigris. in d.l. si insulam, num. 295. vbiunque apposito iuramento in aliquo actu faciendo quis aliqua iusta causa duceretur, vtpura si fortasse quispiam aliquem fundum infra sex menses tradere cum iuramento teneatur, & inter ipsos contrahentes pactum initum sit, vt ante fundus ille mensuraretur, quod tamen solummodo inter dictas partes dictum sit, pactum tamen hoc in ipso instrumento appositum non sit, & si de eo verisimilis conjectura extaret, quia nonnulli de eo examinati ita conuentum fuisse deposuerint: nam tunc ex quo quis non teneri credere poterat, nisi illa condicio ne purificata, vtique iuramentum excusare deberet.

ita ut in pœnam non incurrat, nec in moram in casu d.l. si quis maior. C. de transact. propterea quod ut in pœnam incurritur d.l. dolus accedere debet: & quælibet causa etiam si (vt dicunt Doctores) irrationalis & bestialis à dolo excusat, vt dixit Ias. in d.l. si quis maior, col. 1. & idem voluit Thom. Parpal. in 6. quæstione, extra gloss. Hac igitur iusta causa concurrente, non obstante iuramento quis in moram incurrire non dicitur: & si quis in eam incurrisse diceretur, vtique purgari posset. Subdit tamen Iac. de Nigris alias consulendo dixisse † iustum causam à mora & pœna excusare d.l. si quis maior. & id si iustum causam ante termini lapsum exitisse probetur, vtputa si in casu de quo ibi, testes de eo pacto ante lapsus sex mensu examinati essent: alioquin iustæ causæ allegatio non sufficeret, nisi probetur ante lapsus sex mensu iustum causam adfuisse, & peritiiores de hoc consuluerit, & ita inquit intelligi illud, quod dici solet, iustum causam à dolo & periuicio excusare, prout declarat etiam Alexan. in consil. 152. videtur prima consideratione, col. penult. vol. 1. & sequitur Parpalia in d. 6. quæst. Et dicit alias in practica vidisse in hoc errari, & idem tradit Corn. in consil. 34. visa inquisitione, col. antepenult. vol. 3. Hoc autem consilium & dictum Alexand. sequitur Curt. in consil. 56. super processu, col. 6. Et hoc dictum sequitur etiam Claud. Seisel. in l. iuste possider, in fin. ff. de acquir. possessione. afferens, ita etiam voluisse Bart. in l. 1. §. nos autem, in ultimis verbis. ff. si quis testament. liber esse insus fuerit. & hoc suum dictum Decio placuisse attestatur, qui iuxta eius intentionem consuluisse attestatur.

C A P. CXX.

A R G V M E N T V M.

De effectu Iuramenti, vt habeat viam clausulæ: Omni meliori modo, & eius exempla.

S V M M A R I A.

1. Iuramentū efficit, vt actus valeat omni meliori modo.
2. Hypothecaria actio ad fructus competit.
3. Iuramentū efficit, vt quis fideicommisso renunciasse videatur, quando sunt apposita illa verba, quod una pars facit aliam, & contra, in bonis ex diuisione alteri obueniis veram dominam & procuratricem irreuocabilem, vti in re propria, & ita iuraverunt.
4. Iuramentū efficit, vt transactio quæ alioquin vt transactio non valeat, valeat vt pactum.
5. Iuramentū facit, vt actus qui in totum valere non potest, valeat in ea parte, in qua potest.
6. Iuramentū appositum in donatione omnium bonorum presentium & futurorum, efficit vt saltem valeat, quo ad presentia tantum.
7. Iuramentū efficit, vt si actus non potest valere in vim prima dilationis prorogatae, valeat saltem in vim nouæ dilationis cum qualitatibus prima obligationis.
8. Iuramentū efficit, vt vbi compromissum aliter valere non potest, valeat in vim pacti.
9. Iuramentū efficit, vt verba incidenter & demonstrative posita probent.
10. Renunciatio de hereditate viuentis licet non valeat, iuramento tamen subsistit.

11. Dotis remissio facta ab uxore marito, quando non valet vt transactio, nec vt pactum liberatorium ob causam erroneam, valet saltem vt simplex donatio morte confirmata.
 12. Vxor potest donare marito dotem easu, quo marito predecedat, & eius morte confirmatur.
 13. Donationis causa in stipulatione non expressa, licet dubium sit an subintelligatur, iuramento tamen apposito valet modo quo melius potest.
 14. Clausula, ex certa scientia, & non per errorem plurimum operatur.
 15. Scienter confitens ex quo promittere dicitur indebitum, censetur donare.
 16. Promissio & solutio, in quibus equiparentur.
 17. Verbum renunciauit, in instrumento appositum per pactum intelligitur.
 18. Testamentum primum iuratum ad hoc vt renocetur, requirit specialem penitentiam.
 19. Iuramentum confirmat donationem factam filiofamilias.
 20. Compromissum si prorogetur postquam est extinatum, cum tunc prorogatio sit nulla: an si non valet vt prorogatio, valeat saltem tanquam nouum compromissum.
 21. Compromissum esse extinctum vel non, quomodo sciri possit.
 22. Iuramentum confirmatorium donationem conualidat, quia respicit futurum: secus autem assertum, quod præteritum respicit.
 23. Sententia arbitri nulla ob iuramentum appositum in compromiso defendi potest, vt arbitramentum.
 24. Promissio cum iuramento facit, vt stipulatio valeat in vim pacti.
 25. Iuramentum respondentis non egreditur eius personam.
- P**ræterea prosequendo proposita, alia est & non quidem leuis iuramenti vis, vt scilicet efficiat, vt actus † super quo apponitur, omni meliori modo valeat, vt dixit Paris. in consil. 16. num. 119. vol. 2. per text. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. Et ideo huiusmodi iuramento, alio etiam non expresso, quis se curaturum & facturum, vt voluit Abb. in cap. ex rescripto, extra de iure iur. vbi etiam Bald. & Felin. alia deducunt. Hanc conclusionem sequuntur Ludo. uic. Roman. Alexan. & Ias. in l. stipulatio ista, col. 2. versic. quinto fallit. ff. de verb. oblig. & tradit etiam Socin sen. in consil. 26. presenti consultatione, in princ. vol. 3. & Corn. in consil. 227. multum, vol. 1. Præterea quod iuramentum vim illam habeat, vt actus valeat omni meliori modo, & eam clausulam contineat, tradit iterum Paris. in consil. 109. num. 11. vol. 1. per ea qua tradit Bart. in l. si quis pro eo, in 8. membro. ff. de fideiussor. Et hanc esse communem opinionem contra Ioan. Fab. qui tenuit contrarium, & male tenuerunt, vt dixit Roman. Alexand. & Ias. post Cuman. in dicta l. stipulatio ista habere licere, col. 2. versic. quinto fallit. ff. de verborum obligationib. eandem præterea opinionem tenuit Aret. in §. versa vice, Instit. de inut. stipul. & in d.l. stipulatio ista, in 6. limitatione. & iterum Roman. post Fulgos. in l. fin. §. fin. ff. si certum petat. & habetur in cap. significantibus, extra de offic. deleg. & Corset. in rub. de iure iur. col. 8. q. 8. priuileg. 14. iuramenti. & Bart. Socin. in consil. 26. in presenti consultatione, vol. 3. & Corn. in consil. 228. multum, vol. 1. & Grat. in consil. 15. num. 8. vol. 1. Et rursus Grat. in consil. 54. num. 15. eodem volum. 1. dum ibidem

Ibidem infert, quod vbi cunque quo ad corpora emphyteusis valere non potest, quo tamen ad emolumenta substitetur & fructus: quia dubium non est+ hypothecariam ad fructus competere. *l. quamvis, cum concordantib. C. in quib. caus. pignor. tacite contrah. & pro hac opinione facit illud, quod voluit Socin. in consil. 76. col. fin. vol. 4. & Socin. iur. in consil. 50. num. 14. vol. 2. & in consil. 79. num. 32. eodem vol. 2.* Et iterum Socin. in l. ait Prætor, § item si iurauero, num. 1. ff. de iure iurauan. dum vult, vt iuramenti verba, si secundum propriam significationem intelligi non possunt, secundum impropriam intelligantur. Et idem voluit Angel. in l. si vnu, § si acceptatio, nu. 2. ff. de pact. & Augustin. Berou in consil. 93. num. 54. vol. 2. & iterum idem Berou in cap. 1. num. 187. extra de indic. & Riminald. sen. in consil. 196. num. 8. vol. 1. & Ruin. in consil. 6. num. 16. vol. 1. Et Socin. in d. consil. 76. col. fin. vol. 4. dixit prohibita alienari & obligari, tunc in generali obligatione comprehendendi, cum in pœnam non inciditur: sed sic est quod obligando bona emphyteutica quo ad emolumenta non inciditur in pœnam, propterea quod ad libitum alienari possunt absq; domini consensu, vt inquit Iohann Fab. in § item Seruiana, col. 14. Inst. de acti. & Ias. in l. fin. col. 3. de iure emphyt. Ergo vt tale iuramentum, quando aliter in bonis ipsis emphyteuticis verificari non possit, saltem quo ad rerum illarum emolumenti ac pecuniarum verificetur, dicendum est, ita vt hæredes permittere teneantur, vt creditores ea emolumenta percipere possint, donec ipsa emphyteusis existet. Et iterum Grat. in consil. 60. num. 20. eod. vol. 1. vbi tractando, an per diuisionem + inter fratres factam fideicommissio renunciatum censeatur, tenet vt quando in diuisione illa verba apposita sunt, vt scilicet una pars aliam, & eccl̄tra in bonis in diuisione contentis veram dominam & procuratricem irrevocabilem vti in re propria, ex quo partes ita iurauerunt, illud iuramentū actum illum eo modo quo potest, valere efficiat: Vnde ex quo in re propria ad libitum hæredem instituere potest etiam extraneum absque fideicommissi impedimento: pariter ex intentione ipsarum partium in rebus ex diuisione obuentis eodem modo non obstante fideicommissio instituere possit: cum alioquin dictoru bonorum dominus non esset, vt rei propriae, vt partes ipsæ expresse voluerunt ac iurauerunt: quandoquidem si alio modo in bonis in diuisione obuentis veri domini esse non possent, vt in re propria, nisi renunciassent fideicommissio vi iuramenti concurrente verborum aptitudine renunciasse videntur. Præterea quod iuramentum efficiat, vt actus valeat eo modo quo valere potest, tenet idem Grat. in consil. 70. num. 25. eod. vol. 1. per ea, que voluit Bart. in l. si quis in princ. testame. ff. de legat. 3. & in l. si quis pro eo, in 8. membro. ff. de fideiuss. Et ideo dixit Bart. in l. si quis maior. C. de transact. iuramentum + efficere, vt si transactio non valet vt transactio, valeat saltem vt pactum, & similes inquit decisiones quamplures adducere posse ad probandum iuramentum effice-
re, vt + actus qui in totum valere non potest, in ea saltem parte valeat, in qua valere potest, vt dixit Ias. in l. si quis postulante, Inst. de act. vbi ponit duodecim effectus. Et ideo ex prædictis infert, vt iuramentum appositum + in donatione omnium bonorum præsentium & futurorum, efficiat vt saltem quo ad præsentia tantum valeat: sed de hac

donatione omnium bonorum præsentium & futurorum, infra late suo loco dicetur. Rursus eandem conclusionem sequitur Grat. in consil. 80. num. 2. eod. vol. 1. + Et ideo infert, vt si actus in vim primæ dilationis prorogatae valere non possit, valeat saltem in vim nouæ dilationis cum qualitatibus primæ obligationis, ex quo ita satisfactum est voluntati contrahentium & proprietati illius verbi prorogavit, eo modo quo melius potest, vt nova dilatio intelligatur, cum qualitatibus primæ, & sic cum fructibus, vt latius ibi per eum. Quo autem ad nouationem quomodo stante iuramento procedat, infra latius suo loco dicetur.

Præterea Hieron. Grat. in consil. 110. num. 31. vol. 2. dicit, + iuramentum operari, vt vbi cunque compromissum aliter valere non potest, valeat in vim pacti, vt videntur velle Bart. Alex. & communiter Doct. in d. l. si quis maior. C. de transact. Nam posito vt partes compromittere non possint, nisi expresse de instrumento mentionem faciant, nec valeat actus prædictus in vim pacti, subsistit tamen compromissum, quando principaliter de debito ex instrumento compromissum non faciunt, sed de litibus & differentiis ratione solutionis ruptæ pacis, & de hoc dicto tanquam de dependente & in consequentiā veniente, & præsertim quando non est aperte decisum in instrumento, sed multa conceduntur in consequentiā, quæ principaliter fieri non possunt. l. i. ff. de auth. tutor. & l. si quis nec causam. ff. si cert. patet. & ad hoc faciunt ea, quæ notat Alex. in consil. 68. viso procesju. vol. 3. & in consil. 113. viso instrumento, eod vol. cum simil. Præterea hanc eandem conclusionem in laudo tenet idem Grat. in consil. 18. nu. 3. vol. 2. licet in specie de qua ibi, ex aliis firmet contrarium, sed de hoc etiam infra latius suo loco dicetur. Rursus eandem conclusionem firmat idem Grat. in consil. 143. num. 7. eodem vol. 2. dum vult, verba + verba incidenter & demonstrative prolatæ vbi cunque iure iurando confirmantur, probent & disponant, vt tradit Bart. & sequuntur alii in Lex hac scriptura, col. 3. & 4. ff. de donat. & Bald. & Angel. & alii Scribentes in l. ex his verbis. C. de testam. milit. & Anch. in clem. 1. de probatio. Nec obstat quod ibi Gratianus in specie illa firmet contrarium: quia ibi ideo est, quod verba enunciatiua effient imperfecta & subauditione aliqua indigent. Præterea hanc conclusionem quod iuramentum efficiat, vt actus valeat omni meliori modo, firmat etiam Imola in consil. 1. num. 1. Et ideo infert inde ad renunciationem factam de hereditate viuentis: + Nam licet regulariter non valeat: attamen si sit appositum iuramentum, habet vim clausulæ, vt si non valet actus vt agitur, valeat omni meliori modo quo potest: & ideo licet talis renuntiatio non valeat ad causam non relata, vt patet in cap. 2. de pact. in 6. Et posito, vt dicta causa sit apposita, ipsa renuntiatio adhuc subsistere debeat, & præsertim si causa non vera referatur, & quod non sit vera, appareat: vnde potius ad cautelam apposita dicatur. Item hanc conclusionem firmat Ioannes de Amica in consil. 34. num. 14. dum inquit, non prodeste fideiussoribus, quod non renunciauerint exceptioni epistolæ Diui Adriani, & exceptioni cedendarum, præterea quod stante iuramento fideiussores eo modo quo melius possunt, obligari voluisse constat, vt inquit voluisse Bart. in l. si quis pro eo, in 8. membro. ff. de fideiuss. & sequitur Marc. Anton. Baet.

Bauer. in tract. de virt. iuram. col. 1. Item hanc conclusio nem vt iuramentum efficiat vt actus valeat omni meliori modo, firmat Rom. in consil. 520. num. 15. & & rursus idem dixit Rom. in consil. 17. num. 24. dum prius confirmat regulam, † & deinde inferendo ad dotis remissionem, quam fecit maritus vxori, quod non valeat vt transactio, nec vt pactum liberatoriū ob causam erroneam: dicit tamen valere vti simplicem donationem, quæ vxoris morte confirmationem consequitur. Donare † namq; potest vxor marito suo donem casu, quo ipsa marito prædecedat: quandōquidem tunc morte vxoris donatione confirmatur, vt habetur in l. 1. in prin. ff. de dote præleg. & in l. 2. ff. de pact. dotal. Hanc conclusionem sequitur etiam Aret. in consil. 24. num. 2. de donatione loquens, quæ ob superuenientiam filiorum reuocatur, quod tamen reuocat, num 5. dum vult, quod in casu id non operetur, & ad obiectum dupliciter respondet, & prius quod habeat vim supplendi solemnitatem, non vt extendat consensum, vt declarat Bart. in l. si quis pro eo, in princ. de fidei usq; & sic tener contrarium in ipsa donatione. Rursus hanc conclusionem sequitur Aret. in consil. 28. num. 5. & Iohann. Ant. Rub. Alexand. in consil. 89. num. 4. & idem voluit Corn. in consil. 294. num. 9. vol. 4. Eandem conclusionem iterum firmat Corn. in consil. 99. num. 3. vol. 3. & † infert ex ea clausula in iutamento contenta, quod licet alias sit dubium, an in stipulatione non expressa causa donationis, causa subesse intelligatur, vbi villa alia non subest, argum. l. Campanus ff. de oper. liber. & l. hoc iure. ff. de donatione prout voluerunt Bart. & Angel. in l. 2. §. circa. ff. de dolis except. & Bart. in l. hoc iure, & in l. 2. Titio ff. de verbis. obl. gat. & in l. si tibi decem millia. ff. de pact. & Bald. in l. sed & si quis §. fin. ff. si quis caution per text ibi, & in l. si diuicrio ff. de verb. obligat. & in l. si quis delegauerit. ff. d. nouat. atramen si appositum sit iuramentum, eius vi dicendum esse, vt actus valeat eo modo quo melius valere potest: & ideo si non vallet ex causa debiti, valeat vt ex causa donationis, & saltem præmissa † clausula, ex certa scientia. & non per errorem: quæ quidem clausula plurimum posse videtur in terminis propositis, vt notauit Bart. in l. si dari stipuler. ff. de verb. obligat. & in l. fin. §. idem quasit. ff. de condic. indeb. Si vero quis † scienter confiteatur, ex quo dicitur promittere debitum, vt debitum, donare censem, prout soluens l. eius qui per errorem. ff. de reg. iur. & in l. 1. ff. de conduct. indeb. † cum promissio & solutio in similibus propositis æquiparentur. l. fin. C. ad legem Falcid. vt latius ibi per eum. Hanc eandem conclusionem, quod iutamentum contineat clausulam, omni meliori modo, tradit rursus Corn. in consil. 228. num. 2. & 3. vol. 1. Et ideo infert quendam, qui promiserat mulierem quendam, in vitum quoddam epus: alioquin quandam pecuniae summā nomine pœnare soluere: Verum quia illa mulier ad religionem transiuit, & ideo cum eo matrimonium consumare non possit, merito ex quo promissione honeste adimplere non potest, vult vt ad pœnam conuentam teneatur, vt illa promissio iuramento firmata adimpleatur eo modo, quo melius impleri potest. Præterea eandem conclusionem firmat Corn. in consil. 51. num. 14. vol. 2. dum vult, † vt verbum renunciavit, in instrumento appositum, per pactum intelligatur, & iterum idem Corn. in consil. 129. num. 13. & 14. vol. 2. dum vult, vt si in uno membro donationis causa mortis adsit, quod notarius receperit pro absentibus, idem quoque in alio membro intelligendum esse, etiā quod in eo nō fuerit dictum, ad hoc vt actus valeat omni meliori modo. Hac eandem conclusionem firmat Socin. iun. in consil. 44. n. 11. vol. 2. dum vult, vt contineat clausulam, vt valeat omni meliori modo, &c. ac etiā aliam clausulam cōdīcillarem, videlicet si non valeat vt ago, valeat vt valere potest. Id tamē declarat ibidem num. 47. intelligendum esse, quatenus pertinet ad illud, quod partes facere voluerunt, si fortasse fuerit aliquid solemnitatis omisum, vt proprie loquitur rex in d. l. cum pater. §. filius matrem ff. de leg. 3. propterea quod non potest iuramentum efficere, vt actus valeat aliter quam partes agere voluerint, nam iuramento consensus defectus non suppletur, prout nec etiam substantia deficiat, vt infra late suo loco dicetur, & ita declarat Rom. in consil. 517. in casu proposita consultationis, col. 6. versie. sed certe respondeo. Hanc præterea conclusionem, quod iuramentum contineat eam clausulam, vt si non valeat vt ago, valeat vt melius valere potest, firmat iterum Socin. iunior in consil. 118. num. 12. vol. 2. & eandem conclusionem firmat idem Socin. iun. in consil. 136. num. 24. cum sequen. vol. 1. & in consil. 143. num. 19. eod. vol. 1. Item Socin. sen. in consil. 66. num. 1. vol. 3. Pariter dicit iuramentum in donatione appositorum efficere, vt actus valeat eo modo quo melius valere potest, ex eo quod illam clausulam, omni meliori modo, adiectam habeat, & rursus idem Socin. sen. in consil. 67. num. 14. vol. 2. vult, vt iuramentum inter liberos illam clausulam contineat, vt valeat omni meliori modo quo valere potest, vt est gl. notabilis in l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pupill. vbi notat etiam Imola & eum recentiores sequuntur. & est gloss. in l. filii. C. famili. erisc. quam ibi ad hoc notat Fulgos. & tenent Butri. & Imola in c. Rainuris, ex ira detestam. Et ideo ex prædictis infert, quod ob prædictum iuramen- 18 tum primum † testamentū reuocetur speciali pœnitentiæ, prout in simili videmus quod vbi primum testamentum est iuratum, ob id quod tunc ad eum repellendum requiritur specialis pœnitentia, ex quo facit actum valere omni meliori modo, vt dixit Bart. in d. l. si quis, in princ. ff. de leg. 3. & in l. omnes populi, in 3. quest. ff. de iustit. & iure. Pariter etiam, quando in secundo testamento est, specialis pœnitentiæ vim habeat, vt infra late suo loco dicetur. Itidem hanc conclusionem sequitur Socin. in l. fratre a fra- tre, num. 36. de condicione. indebit. vbi vult, † vt ea de causa donationem factam filiofamilias licet reocabiliter confirmare dicatur, vt natura actus seruetur, vt latius suo loco dicetur. Præterea Pontanus in l. 1. §. si quis ita, num. 24. ff. de verborum obligationib. idem etiam iterum voluit Alexand. in consil. 42. num. 10. vol. 1. & tradit Ripa in d. l. 1. §. si quis ita. ff. de verborum obligationib. & Alexand. & omnes in l. eam, quam C. de fidei omnib. ff. & Deciu in cap. cum super. col. 5. extra de offic. deleg. & iterum idem voluit Alexand. in consil. 37. nu. 26. vol. 2. Præterea eandem conclusionem firmat Deciu in consil. 404. num. 9. part. 3. eandem quoq; conclusionem sequitur Bertran. in consil. 90. num. 5. vol. 1. loquens de donatione. & rursus idem Bertran. in consil. 255. num. 9. & 12. vol. 2. pariter de donatione loquens. & iterum in consil. 80. num. 3. vol. 2. & iterum in consil. 1. nu. 3. eodem vol. 2. & Curt. sen. in consil. 1. num. 4. & Ripa in l. 1. §. si quis ita. num. 27. ff. de verborum

verborum obligat. & loquitur quo ad formam. Præterea, quod iuramentum illas clausulas contineat, ut actus qui non potest valere ut agitur, valeat omni meliori modo, tradit Augustinus Berous in consil. 4. num. 14. vol. 1. & rursus in consil. 137. num. 15. vol. 1. & iterum Decius in cap. cum super, num. 11. extra de offic. delegat. Hanc conclusionem sequitur Cardin. Alben. in l. Labo. num. 2 ff. de arbitr. vbi quærendo si compromissum progetur postquam est extictum, quo casu prorogatio est nulla, utrum si non valet uti protogatio, sicut valeat tanquam nouum compromissum, dicit de hoc varias fuisse Doctorum sententias; nam Imola dicebat, si interponatur iuramentum, protogationem novi compromissi vim habere, ex quo iuramentum habet vim illius clausulae, omni meliori modo. Socin autem contra, ut habetur in eius consil. 99. vol. 3. vbi inquit, quod ad hoc ut scire possumus, an sit extinc-

²⁰ *Etiam t̄ compromissum prorogationis tempore, an non : illud in primis à quo tempore tempus compromissi currere incéperit sciendum esse, videlicet an currere incipiat à die compromissi, vel à die acceptationis, ut ibi latius ipse prosequitur. Idem præterea voluit idem Cardin. Albent. in d. l. cum pater. §. filius matrem, videlicet quod iuramentum illam clausulam contineat, ut actus valeat omni meliori modo ; & iterum idem voluerunt Baldus & Salycet. in l. 1. C. comoda. & videatur Socin. in dicto consil. 66. col. 7. verific. quarto respondet, vol. 1. vbi ex mente Imolæ in cap. cum contingat, inquit regulam dicti §. intelligendam esse, ut interueniente iuramento actus valeat eo meliori modo, quo sine iuramento valere potest. Præterea Alciat. in cap. cum contingat, num. 96. extra de iureiur. primum fixat regulam, ut iuramentum habeat vim clausulae, ut actus valeat, ut melius valere potest, & eam dicit pluribus modis limitari, ut infra.*

Hanc præterea conclusionem tener Castrensin d.l. fin. num. 2 & 3. C. de non numer. pecun. & in d.l. cum pater §. filius matrem. ff. de legat. 2. & Abbas in consil. 71. num. 5. vol. 1. & in cap. si diligenti, num. 10. extra de foro competente. & rursus Abbas in cap. tua nos num. 4. extra de eccl. aijfe. reparan. & Abbas iterum in cap. cum contingat, num. 25. extra de iureiur. Et ideo idem infert quod si super testamento iuretur in quo solemnis testium numerus non sit, perinde esset, ac si diceret quod si non valeat iure testamenti, valeat iure codicillorum, per text. in dicta l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. & tradit Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillis. num. 10. ff. de legat. 3. & Riminalius senior in consil. 69. num. 14. vol. 1. & Cephal. in consil. 1. 9. num. 19. vol. 2. & in consil. 41. num. 17. vol. 1. & Ruinus in consil. 123. num. 9. vol. 3. & Brunus in consil. 89. num. 2. in vol. consil. feuda. diuers. & Barbat. in consil. 25. num. 25. vol. 1. & Bellamera in cap. quemadmodum, num. 12. extra de iureiur. & Didacus Cogarruicias in tract. de pact. 5. 6. num. 2. & cap. Raynaldus. §. 3. num. 10. extra de testam. vbi vult, ut vbi sit minor numerus testium, testamentum valeat in vim codicillorum. Item eandem opinionem sequitur Matthesil. in singul. 56. vbi est magna de hoc additio, & Petrus Gerard. in singular. 18. num. 23. & Benedict. Straccha in tract. de mercat. in tit. de decocto, in 6. parte, num. 3. & Thom. Gram. in de cts. 57. num. 27.

Primo igitur declaratur, ut inquit ibi Alciat. ut non valeat meliori modo, sed satis sit si aliquo mo-

do substinetur, licet non melius, ut notatur in d.l. 2. C. de rescind. vendit. De qua limitatione seu declaratione, quia Bart. & Doct. contrarium sentiunt, merito Alciat. refert se ad dictam l. primam. §. si quis ita. ff. de verb. obligat.

Secundo declaratur, ut tunc prædicta regula locum habeat, si verba prolata ad eam formam quoquo modo accommodari possint, ut dixit Bald. in l. 2 ff. de iureiur. alioquin ea conclusio locum habere non posset: nam ex mente actum non videtur illud, quod ex verbis colligi potest. l. Labo. ff. de suppellect. legat. & l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de legat. 3. & ita inquit intelligere text. in cap. penult. extra de iureiur. Vbicunq; enim verba ad futura statuta accommodari non possunt, regula illa procedere non potest. Ratio autem est, quia iureiurando quis nunquam aliquid promittere non censetur, nisi illius ex verbis promisso appareat, ut dixit Corn. in consil. 192. vol. 1. prout voluit iterum Alciat. in d.l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig.

Tertia declaratio est, ut prædicta conclusio tunc locum habeat, si actus in ea forma, in qua agitur, nullus redderetur: si autem subsisteret quoquo modo eius validitas vel eius extendenda non esset, ut dixit Barbat. in consil. 43. vol. 2. argumento d. cap. ex re scripto. extra de iureiur.

Quarta declaratio est, ut præcedens conclusio non procedat, si actus ratione deficientis consensus nullus sit: iuramentum namque nunquam operatur deficiente consensu, argum. d. l. fin. C. de non numer. pecun. & est casus in dicto cap. penult. extra de iureiur. vbi Abbas in l. opposit. & tradunt Bart. & Abbas in sequenti casu, & Aret. in consil. 25. quatuor dubia. & Ias. in l. eam quam. C. de fideicommiss. & in l. sed & si. §. quasitum. ff. si quis cautio. & melius in l. sancimus. C. de testamen. & declaratur infra in 8. casu, ut dixit Bart. in l. ff. quis pro eo, in 8. membro. ff. de fideiussor. & in l. fin. ff. quis satis dare cogant. & tradit Alexan. in d.l. 1. §. si quis ita. ff. de verbor. obligat. & Aret. ibi. Et Pontah. ib. dem dicte esse notandum, quod vbi consensus nec generaliter, nec specialiter trahitur ad id, agi potest, iuramentum vim specifici consensus non habet, sed de hoc infra suo loco dicetur, & Alexand. in consil. 22. vol. 3. & idem Cardin. Albens. in d. l. si quis maior. C. de transaction.

Quinta declaratio est, quando actus est nullus ex defectu substantiae in persona agentis, prout declarat Rom. in consil. 517. in fin. vel etiam ex defectu materiae, de quo infra in 8. casu.

Sexta declaratio est, ut non præcedat præcedens regula in casibus, in quibus clausula omni meliori modo, &c. nihil operatur, ut dixit Alciat. in d.l. 1. §. si quis ita. ff. de verbor. obligat. nam haec clausula aliquid operari videntur.

Septima declaratio est, ut text. in d. §. filius matrem, procedat in iuramento testatoris: secus in iuramento hæredi delato a testatore: illud namque huiusmodi vim non habet, ut est text. in l. 2. & ibi tradit Bart. C. commun. de legat. & refert Ias. in d. l. eam quam. C. de fideicommiss. Hanc tamen declarationem Alciat. veram non existimat: quia si hæres iuret, eum ex minus solemnni voluntate teneri arbitratur, l. fin. C. de fideicommiss.

Octavo etiam declaratur, vbi aliquid prohibetur ratione defectus solemnitatis formalis: nam tunc iuramentū non efficit, ut actus subsistat in ea forma.

forma, in qua agitur: quandoquidem cum forma deficiat, actus tanquam sua substantia careat subsistere non potest, cum forma esse rei, l. *Iulianus*. §. *quantum. ff. ad exhiben.* subsistet tamen eo modo, quo subsistere potest, *argum. d.l. filius matrem.* Et id eo concludunt, quod stipulatio peccans in forma licet non veleat ut stipulatio. d.l. i. §. *si quis ita. ff. de verb. obligat.* valebit tamen in vim pacti, si iuramentum accesserit, & fideiussor obligans se ad plus vel aliter q̄ principalis, licet nō obligetur, ut fideiussor. l. *Grace. §. illud. & §. fin. ff. de fideiussor.* Si iuret, tenebitur tanquam principalis: & id procedit, nisi consensus deficiat, vel limitate accedit, argumento l. *fin.* C. de non numeranda pecunia, cum similibus. & ita voluerunt Bartolus & Abbas, cum quibus alii pertransierunt.

Limitatur autem primum praedicta conclusio, vt inquit Parisius in consilio 12. numero 79. vt actus valeat omni meliori modo, in eo quod agitur: secus vero in aliis, in quibus partes non agunt, & ratio est, quia iuramentum non extenditur ad ea, de quibus actum non est, & tradit Decius in l. *conditionis*, num. 29. C. de pact. intelligendo circa ea, de quibus agitur: secus si sit circa ea, de quibus non agitur.

Secundo limitatur, vbi cunq; iuramentum adiicitur actui, in quo est defectus solemnitatis: secus vero si adiiciatur actui, qui ex defectu substantiae valere non potest, vel consensus, vt declarat Roman. in d. *consil. 517. in casu proposita solutionis, col. 6. versie. sed certe respondendo.* dum exp̄lē dicit, d. §. filius matrem, de quo supra, loqui quando iuramentum adiicitur actui, in quo est defectus solemnitatis, non substantiae vel consensus.

22. Tertio limitatur ut non procedat in iuramento assertorio, vt dixit Cynus in l. i. C. de sacro sanct. eccles. dum vult, vt licet iuramentum confirmatorium donationem connalidet, quia respicit futurum, & in eo non est defectus: secus tamen inquit esse in assertorio, quod respicit præteritum: ut p̄puta si vir confessus sit à sua vxore habuisse aliquid in fraudem donationis: nam in eo est perjurium, si forte falsum iuretur, & ideo non est ita auorabile. Hanc conclusionem, quod presumpta donatio non valeat, stante assertorio iuramento, tenuit Bartolus in l. *cum quis decedens. §. Tertia honestissima. ff. de legat. 3. & Ioh. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de donation. inter vir. & vxor. & rursus tradit Bart. in l. qui testamentum. ff. de probation. & Bald. in l. quod de suo. C. de dote cauta non numer.* Et hanc differentiam inter iuramentum confirmatorium veræ donationis, & assertorium præsumpte & simulatae, amplectitur Imola in cap. *cum contingat, extra de iure iur.* Vnde notabiliter infert, quod illud quod dici solet, quod iuramentum habet vim clausulæ, si non valere actus ut agitur, valeat ut valere potest, intelligitur ut valeat, ut valere potest, si posset valere sine iuramento, & ideo sine iuramento valere non possit, tunc ut valere potest non substineatur, & licet deinde Imola contrarium attentare videatur: attamen non firmat, quia optima est ratio diversitatis inter iuramentum promissorium, & assertorium: nam iuramento assertorio quis falsum dicere potest, quod quidem lex faciliter præsumit inter personas prohibitas & suspectas, ut habetur in simili in l. i. C. de natura liber. & tradit Bald. & sequuntur recentiores in l. quidam cum fi-

lium. ff. de hæred. instituen. Afferens igitur aliquid falsum, licet huiusmodi assertione sibi præjudicare possit, quod tamen falsum verum, si facere non potest, ut ibi latius tradit Socin.

Quarto limitatur in casu dictæ l. i. §. *si quis ita. ff. de verborum obligationib.* vbi Ripa num. 27. ad sententiam arbitrii inferendo dixit, ut quod sententia arbitrii nulla ob iuramentum in compromesso appositum defendi potest, & in vim arbitramenti substantetur, ut dixit Corn. in consil. 2. volum. 2. ac etiam dum infert, quod in casu d. l. i. §. *si quis ita.* ut interrogatus iurans promiserit, stipulatio valeat in vim pacti, ut voluit Alexand. in dicto consil. 12. col. fin. vol. 1. Ripa in eodem §. *si quis ita.* contra illam limitationem inuehitur, & dicit illam limitationem veram non esse: vel saltem bene intellexit nihil inferre. Nam aut partes illud tantum agunt, ut scilicet stipulentur: & tunc cum deficiat consensus in pacto nudo, ob ipsum iuramentum etiam in vim pacti valere non potest, ut habetur in §. *filius matrem.* Nam regula illius §. vbi deficit consensus, locum non habet, cum iuramentum ultra consensum non operetur. l. *fin.* C. de non numer. pecun. ut declarat in specie D. Ludouic. Rom. in dicto consil. 507. & Bart. in dicto l. *si quis pro eo, col. fin.* & Aret. in consil. 24. in 4. dubio, col. 2. & comprobat las. in d. l. sed & si quis. §. *quaesitum. ff. si quis cautio.* Aut sumus in dubio: & tunc nō haber locum dispositio d. §. si quis ita. d. l. i. & tunc valebit actus eo modo quo valere potest, eriam sine iuramento. las. autem in eo §. admittit huiusmodi argumentum, & dicit quod deficiente consensus, stipulatio etiam iurata non valet in vim pacti: verum ideo dicit in d. §. si quis ita, non valere ea ratione, quod deficeret consensus: sed quia actus ad ipsam stipulationem tantum respiciebat, seu ad illam restrictum erat, ad quam partes ob iuramentum se referre & restringere non videntur, sed perinde est ac si dictum esset quod omni meliori modo valere deberet: Et ideo dixit Ripa eodem in loco limitationem non probari in terminis illius §. quandoquidem si dicamus consensus stipulationem tantum respicere, & ad eam esse relatum & restrictum: & tunc iuramentum quoq; pariter restringendum est, siue referendum ad ipsum consensum, ut inquit Bart. in l. *si quis pro eo,* & Aret. in dicto consil. 24. Secundo idem confirmat Ripa, quia iuramentum ut respondentis eius personam non egreditur. cap. veritatis, extra de iure iur. & ideo consensum interrogantis extendere non posse, dicendum est. Et ideo cogitandum est, quomodo consultatio Alexandri in d. consil. 12. sustineri possit. Dicitur præterea Ripa ibidem cogitandum, an hæc limitatio possit quarto loco restringi, ut procedat ut supra dicebamus, quando forma fuit omessa ex præposito: secus vero si ex necessitate, per ea que dixit Bart. in l. de pupillo. §. *si quis ipsi prætori, quest. II. vbi late tradit las. ff. de oper. noui nunciat.*

Quinto limitatur prædicta conclusio, quod iuramentum efficiat ut actus valeat omni meliori modo, ut dixit Thom. Gram. non procedere in iis de quibus specialis mentio fieri debet, ut dixit Rom. in d. l. i. §. *si quis ita. ff. de verb. obligat.* & las. in l. de his. ff. de transact. vbi tradit etiam Ang. & idem voluit Feder. de Sen. in consil. 15.

Sexto limitatur, ut voluit Franc. Hercul. in tract. de caution. de non offen. cap. 31. num. 17. in eo quod est impossibile.

impossibile : & ideo ibidem de huiusmodi quæstione tractas, Titius promisit non offendere Mæium sub pœna mille scutatorum, nec in ea promissione dicitur, cui promissum sit: vel fortasse notario promissum fuit, sed non est adiectum, cuius nomine stipulatio facta sit, an illa promissio valeat? inquit Bart. non valere voluisse. l.i. col.2. ff. de iure fisci. & iterum in l. arbitrii. ff. de arbitrii. vbi Alberic. & Bald. & idem tenet Anchæ. in consil. 1. & Bald. nouell. in tract. de dote, speciali 78. & Decius in consil. 531. col. fin. & Corn. in consil. 248. col. 3. vol. 4. & Aret. in §. cum autem, num. 12. Institut. de adoption. & Bald in consil. 114. super primo, vol. 2. & Corn. in consil. 211. vol. 3. & in consil. 220. col. 4. vol. 2. Notarius enim, pro quo stipuletur, exprimere debet, alioquin promissio sine causa dicitur. l. secunda. §. circa. ff. de exceptionib. Vnde stantibus prædictis inquit, non obstatre quod iuramentum efficiat, vt actus omni meliori modo subsistat: quia respondet id eatenus procedere, & locum habere, quatenus possibile sit: sed huiusmodi stipulationem valere impossibile est, cum desit cui promittarur. Ergo. Nec etiam, quod in vim pacti subsistat dici potest, cum regula sit quod alteri pacisci nemo possit. l. si tibi. §. pactum. ff. de pact. Et tradit Roman. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborum obligationib. vbi dixit de iure canonico quem alteri stipulati posse, vt inquit Corn. in consil. 221. colum. 3. volum. 3. & in consil. 220. colum. 4. volum. 2. Accedat etiam quod iuramentum ex se non obligat, vt habetur in dicta l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. & Ias. in dicto §. alteri, limitat. §. & Felin. in proem. Gregor. colum. §.

Septimo limitatur in incognitis: nam illa clausula, Omni meliori modo, non trahit ad incognita, vt inquit Felin. in cap. cum super. in fin. extra de offi. deleg. Nec operatur, vbi deest consensus, vt inquit Socin. in consil. 45. col. fin. vol. 3:

Octavo limitatur in extrinsecis, propterea quod dicta clausula, Omni meliori modo, non trahitur ad extrinseca, vt inquit Socin. iun. in consil. 91. col. fin. vol. 3. sed de his infra suo loco dicetur. Id autem eis in locis fortasse dubitationem afferre posset, vbi extaret statutum, vt alteri per alterum acquiriri posset, & ex quolibet actu etiam sine scriptura facto à quolibet priuato etiam non notario nomine alterius recipiente vbiunque locorum etiam extra locam & territorium statuentium acquirarunt & acquisita intelligatur obligatio, actio, dominium & possessio, & vsuapiendi & præscribendi condicatio, &c. Sed de hoc satis sit dubium excitasse.

Nono limitatur, vt non procedat quo ad ea, de quib. est depositum, nō quo ad alia, vt dixit Aret. in l. qui superstis, col. 5. in fin. ff. de acquiren. heredit reprendens Bald. quod male dixerit in l. i. C. commod. dum voluit, iuramentum vim expressi habere, & contrarium subdit voluisse Cyn. in d. l. 1. & eundem Bald. sibi contrarium in l. sed & si quis. §. quæ situm. ff. si quis cautio. Ad §. autem d. l. cum pater. §. filius matrem, respōdet Arēt. iuramētum habere vim clausulae, Omni meliori modo, &c. Ergo ad ea q̄ expressa sunt, nō quo ad alia, & ideo clausulam, omni meliori modo, non referri ad venientes ab intestato, de quibus depositum non est, & sic ad ea quæ expressa sunt, non autem alia. Pariter etiam non obstatre inquit authoritates in contrarium adductas, ex quo probare videantur huiusmodi clausulam ad ea, quæ

expressa sunt, referendam esse: Quia respondet, illud vetum esse quo ad modos nō expressos: utputa quod dispositio, quæ facta non est tit. institutionis, ob illam clausulam, tit. institutionis, facta censeatur, & ita eorum multa procedant, quæ dixit Alex. de hac clausula, in consil. 106. post redditum, vol. 3. quo vero ad personas, pro quibus non disponitur, verū non esse. Vnde infert Butigel. non censere clausulam, omni meliori modo, quæ, vt expresse eius verba ostendunt, nihil aliud inducit, quod disponens suā dispositionem valere intēdit omni modo, quo potest: adeo vt si vno modo valere non potest, valeat alio vel alio, quo usq; subsistere possit, illud quoque inducat, vt si quid est de vno depositum, ad alium trahatur: quādoquidem in eo casu consequeretur, vt si forte quispiā instituto filio hærede alium prorsus extraneum grauet, cui nihil relinquat, utputa Regem Gallorum subiiciendo, grauo Regem Gallorum omni meliori modo, &c. vt suam hæreditatem restituat, filius ad restitutionem illius hæreditatis, in qua institutus est teneatur ob illam clausulam, omni meliori modo, &c. ob id solum, quod cum in Rege Gallorum locum talis substitutio habere nō potest, verificetur saltem & locum habeat in filio hærede instituto: id quod ridiculum omnino arbitratur: & sic tandem ibi concludit illam clausulam, omni meliori modo, licet operetur respectu personæ substitutæ quoquinque modo sustineatur: non autem vt venientes ab intestato substituti intelligantur, & id inquit notandum esse: hanc declarationem sequitur etiam Port. Imol. in consil. 5. num. 50. & Natta in consil. 516. num. 9. vol. 3. & iterum Natta in consil. 144. num. 9. vol. 1. & rursus Natta in consil. 453. num. 12. vol. 2. dum vult, vt ob huiusmodi iuramentum huiusmodi clausulam continens vtile per inutile non vitietur, vt voluit Alex. post alios, quos adducit in consil. 113 post redditum, vol. 3. Ibidem præterea subdit Natta num. 14. vt si ordinarius iudex putans se delegatum vti delegatus in causa procedat, cum esset, si in processu reperiatur clausula, omni meliori modo, processum ex potestate ordinaria substitueri, quæ ei vere competebat & reiicitur illud, quod vt delegatus gessit, vt inquit Imola in cap. ex literis, in fin. post Card. ibi, extra de offi. deleg. Pariter etiam licet fideiussor non teneatur vlo modo, vbi plus quam principalis obligatur l. i. qui accusationis, & l. Grace. §. illud. ff. de fideiussor attamen si iure iutando obligetur, ad illud totum tenetur, ad quod tenetur principalis, reo quod excedit reiecto; & ratio est, quia ob iuramentū se omni meliori modo obligare intelligitur, vt inquit Bart. in l. si quis pro eo, in 8. mēbro. ff. de fideiussor. Rursus etiam, vt supra diximus, licet donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, non subsistat: si tamei iuramen tum accedat, substituetur in præsentibus eo reiecto, quod de futuris dicitur, vt inquit Aret. in consil. 54. in causa magistri Blasii, in fin. & sequitur Bauer. in tract. de virt. iuram. col. 2. & Carol. Ruini. in consil. 51. primo videndum est, circa fin. vol. 1. Sed de hoc ultimo infra loco suo latius dicetur. Præterea hanc conclusionem sequitur Rol. à Valle in consil. 70. num. 28. vol. 2. vbi infert ad illud, quod dicit Bald. in d. l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupil. & in l. si iure. ff. de testa. tute. Et supra diximus de substitutione, quæ si nō potest valere itte directo, obliquo substitetur ob ipsum iuramentū, & si alias evanesceret: & idem repetit Ias. in l. si pecuniam, col.

penult. in princ. ff. da condic. can. dñ. ad illud tamen, quod ibidem subditur propter illam regulam, quod iuramentum sequitur naturam actus, ut ibi habetur, & supra diximus, & infra latius dicetur. Præterea idem tenet etiam Hippolyt. Riminald. in consil. 103. num. 14. vol. 1. dum vult, vt licet promissio facti alieni simplex sit iuris iuramentum. l. stipulatio ista, in 2. responso. ff. de verb. obligat. & §. si quis alium. In fit. de inut. stipul. & tradit Paris. in consil. 135. in fin. vol. 4. Attamen stante iuramento in fine instrumenti, eius obligatio subsistit ob illam clausulam, & idem quoq; voluit Mynsinger. in §. si quis alium. num. 5. In fit. de inut. stipulat. Et rursus eandem conclusionem sequitur Hippol. Riminald. in consil. 72. num. 146. codem vol. 1. & declarando d. §. filius matrem, inquit illud quod specialiter exprimendum est, virtute illius clausulae, omni meliori modo, pro expresso non haberi, id quod ad ea, quæ paulo infra dicentur, notandum est de clausula expressi. & iterum idem voluit Hippol. Riminald. in consil. 42. num. 11. eodem vol. 1. & idem tenet Ioan. Troysius super Ritu Mag. Curie 128. num. 10. & Tiraquell. in l. si vnguam, in præfatione, num. 133. C. de rebus donat. & videlicet Cæphal. in consil. 192. num. 36. vol. 2.

C A P. CXXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

a Iuramentum continet clausulam codicillarem.

PRæterea omissendum non est, tū iuramentum vim habere clausulæ codicillaris, prout dixit Constantin. Roger. in l. 3. num. 17. de testament. concludens iuramentum in testamento appositorum, in quo solemnitas iure requisita non est, quo ad numerum testium efficere, ut testamento ipsum contineat clausulam codicillarem: & ideo ut illud testamento si iure testamenti non valet, valeat saltus iure codicillorum, ut est tex. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. & id in qualibet dispositione procedere arbitratur, cum iuramentum (ut paulo ante vidimus) clausulam illam contineat, quod si illud quod ago non valet ut ago, valeat ut valere potest. Præterea hanc conclusionem sequitur Ioannes Dilectus in tract. de arte testan. in tit. de subst. caut. 26. num. 3. dum inquit, tertium remedium esse ut hæres scriptus, si moriar hæreditate non aditæ, substitutio non evanescat. l. ille. §. si de testamento. ff. ad Trebellan. vbi trahunt Doctores, & Alexand. in consil. 1. col. 4. vol. 1. testatore in iuramento testamen- tum confirmare, & ratio est, quia eius vi fideicommissa & legata omnia ab iis repetita videntur, qui ab intestato successuri sunt, & vires habent, licet hæreditas ex testamento non adest; est igitur alia dicti iuramenti vis, ut hæreditas licet non sit adita, legata tamen & fideicommissa confirmen- tur, ut voluit Bart. in rubr. de testamen. versic. octauo li- mita, argumento d. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. Et rursus idem tenuit in tit. 6. de legat. caut. 2. si nemo. num. 3. inquit, quod nemine hæreditatem ad- eunte scripta in testamento non valent. l. si nemo. ff. de testamen. tutelar. & tradit Ludouic. Roman. in consil. 428. & Alexand. in consil. 198. viso processu. col. fin. vol. 7. Vnde stantibus prædictis ad hoc remedium esse in- quire, ut clausula codicillaris in testamento adiicia- tur, cuius vi legata repetita censetur ab iis, qui in

testamento succedunt. l. ex testamento. C. de fideicom- miss. & tradit Bart. in l. 1. ff. de iure codicilli. Præterea, quod idem quoque testatoris iuramentum efficiat per ea, quæ supra diximus, dicendum est, prout tradit etiam Bart. in rubr. de testamen. col. 66. in 8. limit. Præterea hanc eandem conclusionem se- quitur Guiliel. Benedict. in cap. Rainutius, versic. te- stamen. il terzo, num. 19. cum sequent. extra de- stamen. dum inquit, hanc clausulam codicillarem tacite ex facto testatoris induci, utputa si in testa- mento minus solemnis testator iuramentum appo- suit, propterea quod tunc iuramentum habeat vim clausulae codicillaris, & eius vis est, ut testamen- tum in vim codicilli valeat, vel omni alio meliori modo, quo valere potest. Et mouetur vulgari illo tex. in d. §. filius matrem, vbi tradit Bar. & ad hoc adducit illum tex. subdens, quod siue testator legata relinqueret iuret quod præstabuntur, vel hæredi ut iuret præstaturum mandauerit, propterea quod in illis casibus licet testamen- tum ex defectu solemnitatis non valeat, iuramentum tamen vim repetitio- nis legatorum ab intestato vim habebit, ita ut lega- ta ab intestato debeantur perinde ac si clausula co- dicillaris esset expresse in testamento adiecta: Facit ad hoc illud, quod late dixit Bart. in d. l. si quis pro eo. ff. de fidei. & id verum esse dicit, siue testator, siue hæ- res iurauerit, & si idem Bart. contrarium senserit de iuramento hæredis, in l. 2. C. commun. de legat. in- nuens, ut dispositio illius §. filius matrem, tantummodo in iuramento testatoris locum habeat, non autem hæredis. Sed prima opinio, ut etiam in iu- ramento hæredis locum habeat, verior est, ut in- quiat ipse Guiliel. Benedict. eodem in loco: sub- dens eam quoque sequi Bald. in d. §. si quis matrem, qui est text. notabilis, & alibi non repertus, ut ipse arbi- tratur. Præterea hanc conclusionem sequitur So- cinus iunior in consil. 136. numero 25. volum. 1. vbi lo- quitur de illa clausula, si non potest valere ut agi- tur, valeat ut valere potest, & Bertran. in consil. 265. num. 8. vol. 3. vbi loquitur de donatione omnium bonorum præsentium & futurorum, an saltem quo ad præsentia sublineatur. Verum de hoc in- fra suo loco dicetur. Item hanc conclusionem se- quitur Imola in dicta l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. & sic inducit legatorum repetitionem ab intestato. Et idem confirmat Cardin. Albeni. in l. Centurio, num. 9. ff. de vulg. & pupill. & Ias. in l. eam, quam, num. 17. C. de fideicommiss. & iterum Bart. in l. si quis, in princ. testamenti, circa fin. princ. ff. de legat. 3. & in l. si quis pro eo, in 7. & 8. membro. ff. de fideiussor. & in l. 1. §. si quis ita. ff. de verborum obligation. & Bald. in d. l. eam quam, col. 4. in fin. asserens hanc esse mirabilem vim iuramenti, & iterum Bald. in l. si iure. C. de manu. te- stam. & rursus Bald. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupill. inquiens per text. in dicto §. filius matrem, dispositionem testatoris verbis directis cōceptam & irreverando confirmatam, si iure directo non subsistit, iure semper obliquo subsistere, & ex con- sequenti iure fideicommissi, & si regulariter aliter, ut ibi, dicendum sit, & in l. Centurio. ff. de vulg. & pu- pill. Alias quamplures hoc genus decisiones refert Ludouic. Roman. in d. l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. Hoc præterea applicant ad directas substitutiones: quæ ut directæ valere non possunt: nam vi iura- menti ad obliquas trahi dicendum est. Idem quo- que voluit iterum Ias. quod contineat clausulam codicilli.